



10561








John Carter Brown  
Library  
Brown University


Handwritten text in the top left margin, possibly including a page number or chapter reference.

OF M











Este libro compuesto es De rezen  
disimo Don. Frai Bartholome  
de las casas obispo de Chiapa /  
Coloquiuo año de 1563 =

**CIN REGNIS QUE COMMUNI VOCA =**  
bulo dicuntur del Peru in nuestro indiarum orbe reperi  
fuerunt reperiunturqz quotidie in sepulchris antiquissimis  
mortuorum que Guacas illorum lingua nominantur magni  
et mirabiles thesauri diuersarum rerum preciosarum: scilicet  
vasa seu phiale Variarum figurarum ex auro purissima et  
argento lapides preciosi emblamata siue suppellectilia ex preciosa  
materia miris modis fabricata: congeries quoque auri et argenti  
et diuitiarum tante quantitates et qualitates: quod videntur non in  
rerum natura existere: sed per somnium a dormientibus inagi  
natione formata. Nunc autem queritur an illa pertinebunt indiffe  
renter ad quemlibet: qui vel propria auctoritate vel delicta regu  
nostorum hispaniarum siue gubernatorum nomine regio partes illas  
gubernatorum quesierit fuderit repererit et tulerit animo sibi  
retinendi. Itaqz acquirat dominium earum rerum preciosarum  
siue thesaurorum et possit salua conscientia retinere



§. i.

Todo lo escrito  
en este tomo es  
Letra de N. S. P.  
Alonso de la Vera Cruz

Ad huius questionis responsionem in primis e supponenda:  
quos fuit antiquis non solum apud gentes que veri Dei cognitio  
nis expertes erant verum etiam apud fideles ipsius veri Dei  
cultores: Reges atqz optimates que que preciosa in vita habe  
bant: secum post mortem in sepulchris reponere. Est tanto ma  
iora et ditiora in sepulchris eorum ponebantur quo potentia  
ceteros excellabant et diuitijs erant locupletiores. Ex hoc  
n. gloria et magnificentia eorum seculis futuris in hominum  
memoria illustriora reddebantur. Hoc patet per illud  
Job 3. Quasi effodientes thesaurum gaudentes vehementer  
cum inuenerint sepulchrum. Et David. 6. capite. Aut sicut  
ad sepulchrum ad ductum mortuum: ita tutant sacerdotes  
ostia clausuris et seris ne a latronibus spoliarentur (scilicet the  
sauris)

conuictus apud  
antiquis in sepul  
chris ponere pre  
tiosa qz habebant



sauris ibi cum mortuis reconditis Ita inquit gloria anti-  
 quitus (ait) in sepulchris potentium ponebantur pretiosa  
 propter quod clauderantur fortiter et cum diligentia ne  
 a latronibus extraherentur hec illa. Eadem dicit. s. Theo-  
 super Job loco citato. Et Item apparet exemplo Regis ma-  
 nifici salomonis qui sepeliuit David patrem in hieroso-  
 lymis decenter nimis cum alijs rebus et ceremonijs que solent  
 circa exequias ministrari. Et multas diuitias cum co-re-  
 condidit. Nam fecerat ei sepulchrum honorabile circa quod  
 constituit septem loculos thesaurorum quos auro et lapidi-  
 bus preciosis repleuit. Quarum diuitiarum magnitudo per  
 ea que post modum ex sepulchro David extracta sunt ma-  
 nifeste ostenditur. Nam post tempus annorum mille et tre-  
 centorum. Hircanus pontifex dum ciuitas hierusalem obsi-  
 detur ab Antiocho rege. Volens ei dare pecunias ut  
 ab obsessione recederet et exercitum suum auferret non  
 habens vnde hoc adimpleret aperuit vnum loculum se-  
 pulchri David et sublatis ex inde tribus millibus talentorum  
 partem dedit Antiocho et ita antiochum a obsessio-  
 nis anno liberauit. Talentorum autem ut dicit magister in historijs erant  
 tres species minimum (scilicet) maius et maximum. Minimum  
 enim erat pondus quinquaginta. Maius pondus septuaginta: ma-  
 ximum vero centum viginti librarum. Valebat autem libra vna  
 quolibet quinquaginta aureos. Unde patet quod etiam si quodlibet  
 talentorum esset de minimis adhuc ascendebant in magnum  
 aureorum tria millia talentorum. Quin potius si erant de  
 maximis ut videtur rationabile. Post hec autem multo  
 annorum tempore iam transacto. Quisus Herodes Rex au-  
 diens Hircanum antese regem aperuisse tumulum David et  
 tria millia talentorum inuenisse tumulum David multo  
 plura credens depositaque ad omnes sumptus suos sufficerent  
 tumulum aperiens ingreditur nocte dum nequaquam vellet  
 hoc ciuitatem sentire. Unde fidelissimos amicos tantum de-  
 cens pecunias depositas sicut Hircanus non inuenit ornatus  
 vero et vasa aurea plura tulit. Dum vero omne studium po-  
 neret et diligentiore inquisitionem faceret ac vellet interius  
 ingredi ad sepulchra in quibus David et Salomonis corpora po-  
 sita erant duo eius satellites flammis exusti sunt ab anti-  
 riori

salomō sepeliuit  
 patre suū dauid ho-  
 norificat et cū illo  
 aurum et lapides  
 etc.  
 in sepulchro dā  
 lomon fecit. 7  
 loculos q̄o auro et  
 lapidi bus preciosis  
 impleuit /.

hir can9 ponti-  
 fex aperuit vnu  
 ex loculis /.  
 ex sepulchro dā  
 tria millia talen-  
 torum extracta ex solum  
 vno loculo /.  
 minimum talibus  
 pondus 50. erat mai-  
 autem 70. et ma-  
 ximum. 100.

herodes quisus  
 luit extraxit the-  
 sauros ex sepulchro  
 dauid /.



riori parte occurrentibus. Tunc ille timore pertorrens egre  
 dicitur. Nullus unquam deinceps fuit qui ceteros loculos invenire possit.  
 quamvis magni thesauri in sepulchro David et Salomonis  
 usque hodie esse credantur. Magice enim actum est: ita ut non  
 liceret cuiquam vel invenire vel si invenisset posse inde quicquam  
 eripere. haec omnia refert Josephus lib. 7. c. 26. et libro. 13. c. 18.  
 et libro. 16. c. 7. Antiquitatum Judaicarum. Et fama verorho  
 rum motus Turcha solimanus nomine nostris temporibus  
 circa annum videlicet domini. 1510. cum cepit hierosolimam:  
 mira diligentia quesivit thesauros in sepulchro David: nunquam  
 tamen invenire potuit ut legitur in historia Turcharum.  
 causa autem huius frustrationis est: quia cuiusmodi loculi erant  
 sub terra mechanico modo id est magico reconditi ut in  
 gradientibus in monumentum nulla tenus possent esse ma  
 nifesti ut inquit Josephus. Et patet igitur quod recondere the  
 sauros et alias res preciosas Reges et potentes viros secum  
 in sepulchris suis: res fuit licita et solita apud antiquos fideles  
 vel infideles communis et generalis. Et huius ratio potest talis  
 assignari inclinatio videlicet naturalis que inest omnibus  
 hominibus inquam sunt rationales ut honor debitus servetur  
 nature humane preceteris animalibus scilicet quod corpus hu  
 manum sepeliatur (id est) quod hunc honorem habeat suo: quoniam  
 sicut inter omnia animalia solus homo est animal sacrum  
 atque divinum: ita soli deferatur hic honor quod eius cadauer  
 sepeliatur ne lacretur ab avibus et alijs animalibus ceterorum  
 aut cadauera insepulta maneat. Unde Philo in i. Rhetorice  
 inter alias partes honoris sepulchrum ponit. Et est  
 in super quoddam bonum honorificum mortuis inquam vi  
 vunt in memorijs hominum quod sepeliantur corpora eorum.  
 omnes enim putant nihil esse in quo maiorem in periam  
 mortuo faciamus: quam si corpus eius per terram trahamus  
 et demus canibus et bestijs devorandum. Sic colligitur ex  
 aristotele. s. Ethic cum loquitur de illo qui se ipsum occidit:  
 an sibi iniustum faciat. Et res pondet quod non sed civitati.  
 Et ideo civitas vel comunitas in fest. ei penam scilicet quod fa  
 ciat cadauer trahi per terram in honorationem circa corpus  
 scilicet quod faciat cadauer trahi per terram vel quod maneat  
 insepultum. Est ergo dicendum quod malum quod dam proue  
 nit de fundis ex hoc quod non sepeliuntur. Reputantur enim in  
 felices

exusti miraculosi  
 miris dei thesauris qui  
 sepulchris David et  
 salomonis ingredi  
 conati sunt /

Josephus  
 vide abule. 3. re  
 gn. c. 2. q. 20.  
 Turcha nris tem  
 pibus quesivit se  
 pulchrum David et  
 non potuit invenire /

recondere thesauros  
 in sepulchris fuit  
 consuetum et apud fi  
 deles et infideles

ratio ad id ex incli  
 natione naturali /

inter partes honoris  
 sepulchrum ponit  
 tur /

malum quodam de  
 fectorum sinone se  
 peliat  
 felices



35  
felicis qui carent sepultura. Contrario autem prouerit bonum de  
functis ex eoq; honorabiliter sepeliuntur. Itapatec Isaac. 11. Ubi  
de Moyses ponuntur multa honorifica et postea additur de  
honore sepulchri eius ibi: erit sepulchrum eius gloriosum. Et  
tamen si ad christum non pertineret gloria et honor sepulchri:  
nihil de hoc prophetice diceretur. Ergo gloria sepulchri ad  
christum attinebat. Ergo bonum aliquod accidit mortuis si cor  
pora eorum sepulture mandentur. Primum scilicet habent esse  
et modum viuendi in opinionibus hominum. Ex inde autem  
fuit apud omnes nationes naturalis ista concepcio: q; corpora de  
functorum sepelienda vel cremancia essent. Qui autem cremancia  
decreuabant: cineres seruabant et hos in sepulchris vel in aliquo  
insigni et honorabili eminentiq; loco recondabant. Sicut cineres  
Julij cesaris usq; hodie Rome super quadam ingenti lapide  
pyramidalis figure qui acus nominatur post ecclesiam sancti  
Petri dicuntur permanere iudicantur emanantq; et etiam  
moderis turpe ac insuorum esse q; in sepulta humana corpo  
ra remanent. Et pp hoc videmus homines sollicitos in diti  
esse de sepulchris construendis et obsequijs et alijs ad ea perti  
nentibus. Et quanto potentiores et diuitijs magis sunt opu  
lenti honorabiliora pulchriora et sumptuosiora preparant se  
pulchra sibi. Unde unum idemq; precipuum quod magis  
cedit de functis ad honorem et ut nomina eorum immor  
talitate possibili apud posteros potiantur: eo videlicet modo  
quo esse habent et viuunt in memorijs hominum: sepulchrum  
esse videtur presertim si ex preciosa materia et multum sump  
tuose ac subtili optimoq; artificio edificatum fuerit: ornatus  
in super pulcherrimis ac preciosis alijs coherentibus: et longe  
potius sicut cadaueribus humanis magni opes utq; thesauri  
preciosi reponantur in sepulchris. Et Verumq; apud reges  
et potentes in seculo facile inuenitur eiusmodi magnitudo  
et opulencia diuitiarum: eo magis crescabat et augebatur nec  
non diffundebatur eorum gloria potentia et excellentia  
regia futuris seculis. Innotescebat: quo in sepulchris suis  
maiores thesauros et diuitias ex auro et argento et lapidi  
bus preciosis: ceterisq; diuersis magni precij suppellecti  
libus secum mandabat recondere aut sepelire secum.

Quando corpora cre  
mabantur cineres in  
honore resequabantur

cineres Julij cesar  
is modo seruanti  
manet.

homines in diti  
solliciti de sepul  
chris.



§. 2.

Ex precedentibus tres possumus elicere propositiones. Prima est <sup>ipp.</sup> illiq; secū sepelire  
magnum interesse pretendere illos qui secum siue cum proprijs cor  
faciūt thesauros  
magna p̄tulerunt  
interesse /  
poribus suas voluit sepelire diuitias vel thesauros videlicet: ho  
nores laudem et gloriam que sunt honoris effectus et partes  
felicitatis s̄z Ph̄m. 1. Relto. et per ea in opinionibus hominū  
vivere perpetuo. Et hoc consequi sperant si eorum statū  
diuitie opulencia opera sublimia et magnificentia qualia ex  
titerint posteritati nota fiat. Est namq; laus preconiū  
ore alieno celebratum. Vel laus est sermo dilucidans magni  
tudinem virtutis secundum sanctum Thomam super psal  
mos: et Ph̄m. 1. Relto. laus est oratio magnitudinem virtutis  
ostendens. Gloria vero est frequens de aliquo fama cum gloria q̄m d.  
laude secundum Tullium in rethoricis. Et ut ipse ait in ora  
tione pro M. Marcello. Est illustris et pro mulgata multorum  
et magnorum vel in suos ciues vel in patria vel in omne genus  
hominum fama meritorum. Aut secundum Augustinum est  
iudicium hominum bene de hominibus operantium. <sup>aug.</sup>  
Probat  
propositio. i. qm̄ naturaliter laudis honoris et glorie cupidi  
tas in est hominibus. Unde frequens est et quotidiana. itaq;  
nemo est qui eam non desideret. Ait n. Valerius libro. 5. ne  
mo est tam humilis tamq; abjecte conditionis quem glorie  
dulcedo non de mulceat et tangat. Est Tullius in Trosula  
nis: honor alit artes omnesq; incedimus ad studia glorie et  
laudis. et. i. officiorum vix inuimur qm̄ laboribus periculisq;  
ad ditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret pre  
fici. 10. q. 8. <sup>Valerius  
tullius</sup>  
ter hanc glorie et laudis. Et in libro orationum ait Nilil  
esse invita magnopere ex petendum nisi laudem et hono  
ratem. Inca aut per sequenda omnes cruciatus corporis  
omnia pericula mortis atq; exilij parati esse dicenda. Sane  
quia ut ait Gregorius libro. 6. c. 109. registri. sicut ignis <sup>gregorius.</sup>  
aut a flante fit grandior: ita bone mentis studi  
datione proficiunt. Hinc imperatores et antiqui reges in  
stratationem seu conditionem leuius modi considerantes mor  
talium ut virtuosos ciues ad sub eundas labores maxime p  
re publica et strenue agendum in omnibus secundum virtu  
tem animarent tripliciter secundum Albertum magnum <sup>Albertus magnus.</sup>  
super. 1.



super. Et hic ostendebant premiando bene meritos illa laude  
 scilicet ut de monstraretur in gloria qd laudis titulos acciperent.  
 et memoriam sempiternae recordationis fecerunt prima eos  
 sedere super equos Niveos (Ut dicit. Titus Livius) quierant  
 de sella regis vradigq. circumdati precorae publica voce clamate  
 et exponente virtutes eorum et virtutum operationes quibus  
 hoc meruerunt. Et hoc non multum aberrat a factu regis  
 assueri circa Nardocheum quem ascendere iussit equum  
 qui de regis sella erat inductum vestibus regis et accepit dia-  
 dema regium et ducere per plateam ciuitatis clamante  
 Naamam sic honorabitur quencunq. rex valuerit honorare.  
 Hester. 6. ¶ Et 2. titulos etiam rescribi fecerunt in te-  
 plum et aulam: ut etiam non presentibus eis: virtus  
 eorum nota foret. ¶ 3. memorias quoq. acceperunt in  
 statuis et fornicibus: Ut etiam post mortem eorum virtus  
 illa oblivione non deleteretur. Propter quod ad hoc picti inue-  
 niuntur victores scutis rotundis retro ad caput alligatis: ut  
 in scuto videretur qd strenue pro republica certauerunt.  
 Scutus n. sectus est ubi suscipit ictus inimici: et ideo mi-  
 les protectus. scuto coronatus significatur strenue susti-  
 nuisse hostium insultus et ictus. Hinc est qd in templis  
 capita deorum et sanctorum pinguntur in figura cir-  
 culari per modum scuti <sup>posturis de milti apulati</sup> ~~premia virtutis ead.~~ Tales igitur  
 laudes sunt premia virtutis. et c. h. hoc Albertus.  
 ¶ Et ecce qd veteres ducebant honorem laudem et gloriam  
 non propter laudem presentium modo: sed potius preten-  
 debant ut futurus seculis virtus / o pulentia status magni-  
 tudo opera sive mune ase facta constarent quatenus sic vi-  
 uerent ut possibile erat sempiternaliter. Et hoc erat eis  
 interesse magnum. ¶ Cum igitur per repositionem il-  
 lozum thesaurorum in sepulchris preterderent laudem  
 honorem et gloriam ad que naturaliter homines inclina-  
 tur. ¶ 4. magnum interesse acquirere procurabant. ¶ 2.  
 probatur propositio a petitis semper viuendi natura in est  
 curis mortalibus ut patet. 10. Et hic. cuius ratio potest  
 assignari quia secundum eundem Phm. 2. de anima:  
 Omnia creata secundum vius cuiusq. naturam et conditione  
 appetunt diuini esse partio partio et illius causa agunt  
 quicunq.

2 ratio ex appetitu  
 semper viuendi  
 sumpta l.

quicunq.



que curas secundum naturam agunt. Et tamen cum experientia didicissent Impote fore semper vivere eo modo vivendi qui aliquantulum es similis eternali scilicet in memoria et opinione hominum contenti fuerit. Et ideo in vita ista mortali egregia quedam secundum unius cuiusque inclinationem vires potentiam vel divitias operabantur: ut materiam preberent venturis hominibus (ipsis per mortem sublati) de eis bene opinandi / eos reuerendi / et laudandi ex altandiqz ut sic tantem viverent quodam modo eternaliter. q. per hoc qd recondere thesauros eius mudi secum in sepulchris reges nobilissimi et potentes homines mandabat: honorem opinionem bonam / famam / laudem et gloriam et sic magnum interesse vendicare sibi conabantur.

¶ Porro inter alia que ad perpetuam hominum memoriam laudem. et q. per mortem consequendum prisci soliti erant curare (quoniam usque hodie durat) hoc erat unum et non minus principale: scilicet qd arma seu in signa que loco imaginum fuerunt sub togata: ponebantur in templis vel in sepulchris / muris / aut fornicibus et alijs solemmibus edificijs: quatenus paterent uniuersis et cuius aut quorum fuerant deinceps notitiam haberent et reuereri eos inciperent. hoc tangitur in l. i. §. casum ff. de postulado. Hoc etiam apparet. i. Machabeo cap. 13. ubi legitur de Symone Machabeo qd edificauit sepulchrum patris sui et fratrum suorum edificium altum visu lapide polito eto e arte. Et statui septem pyramides unam contra aliam patri et patri et quatuor fratibus: et his circum posuit columnas magnas et super columnas arma ad memoriam eternam.

simon machabej  
pro patribz et  
fratribz statuas  
erexit et arma  
in memoriam  
apposuit /

Et iuxta arma naues sculptas que viderentur ab hominibus nauigantibus mare. hoc ibi. Et. i. regum. 13. posuerunt philistei arma saulis interfecti in templo Asazoh: corpus vero eius suspendebant in muro belhsam. Canticozum de mig. 4. Salamon tangit qd Rex David pater tuum fecerat ex qua pendebant mille clipei omnis armatura fortium: Qui forte fuerunt in signa et arma mille procerum tam paterum qz amicorum aut subditorum sibi, que posuit in mille clipeis peritentibus ex dicta tueri.

¶ Plinius quoque libro 35. c. 3. refert aliquos antiquos

Plini9.



17  
Domanos Clipeos arma vel scuta ad perpetuam suorum  
memoriam relinquentes Idem fecisse. Nam Ap. Claudius  
qui consul cum se uilio fuit suorum clipeos in sacro vel pu-  
blico priuatum dicere primus instituit. Posuit. n. in bello  
ne e de maiores suos placantq; in excelso spectari: et titu-  
los honorum legi. Decora res utiq; si liberorum turbe par-  
uulis imaginibus seu nidus aliquem roboris pariter osten-  
dat. Praesules clipeos neminem gaudens fauensq; aspicit.  
Post cum M. Emilius collega in consulatu. P. Lucianus  
non in basilica modo emilia: Verum et domi suae posuit  
id quoq; Marcio exemplo perni ex auro factitauerit et clipeos  
et imagines secumq; in castris tulere et ite. haec plinius 1.  
Et est sciendum qd antiquitus mos fuit Rome ut imagines  
maiorum in funeribus ducerentur ad gentilitatem, id est  
ad genealogiam ostendendam et in atrijs imagines erant  
que spectarentur expressi vultus singulis disponebantur  
armarijs ut essent imagines que committerentur gentilia  
funera. Alie in foribus et circa limina armorum ingre-  
ssum imagines erant affixis hostium spolijs: que nec ex-  
tori respingere liceret que etiam domibus mutatis domus  
ornamenta erant secundum eundem plini libris quo su-  
pra. c. 2. loco igitur imaginum subrogata fuerunt arma  
vel insignia (ut diximus) et opinatur budeus qd posteri  
pro imaginibus ar ora tempora pro imaginibus insignia gentilia habuerunt  
ma pinguntur. que arma vulgo vocantur que ipsa quoq; primum ut simile  
est veri virtutis premia fuerunt ac rerum preclare gesta-  
rum decora si de his ad sacietatem cupis videre lege casarens  
prima patet. p. conclusione 10. in calphalogo glorie mundi.  
Patet igitur qd apud praesores quemad modum et apud mo-  
der nos modo fit honoris et laudis gratia et bonae opinio-  
nes et fame: vel de proprijs personis: aut maiorum su-  
orum: seu de antiquitate originis familie siue gentilita-  
tis et nobilitatis apud iudicium hominis perpetua de  
magna cura erat et summo studio id agebatur. Quid pre-  
cor nunc videmus etiam inter catholicos aliud maxime no-  
biles uiror utiq; potentia et diuitijs magnos Reges et magna-  
tes nisi ponere vexilla / insignia. Scuta et arma vel aurea vel  
de aurata siue argentea vel ferrea in capellis apud ecclesias  
eze d'is

antiqui romani  
clipeos aureos in  
sepulchro posue-  
runt /.

pro imaginibus ar  
ma pinguntur /.



erectis ab ipsi studio magno magnisq; sumptibus edificatis:  
 tumbas vel tumulos preterea in ipsis q; tum ipsi possunt in  
 altum eleuare: nec non cooperaturis bumbicinis aut auro in  
 intextis et id genus multis suppellectilibus preciosis conu  
 ornare. Et hoc quidem non ob aliud nisi honoris et  
 et fame perpetue gratia: Verum quia sepelire thesauros et  
 suppellectilia preciosa cum corporibus dominorum gloria  
 nobilitatem diuitias excellentiam status celsitudinem eorum  
 manifestabat: ex inde videntibus et audientibus motus  
 et materia dabatur illos reuereri magni pendere, nec non  
 laudare atq; magnificare et cetera omnia ad honorem  
 et gloriam spectantia. q. magnum interesse pretendunt. q  
 secum in sepulchris reponere suas diuitias et thesauros ma  
 dabant: scilicet perpetuum honorem et ad honorem spectantia. <sup>tullig</sup>

Et honoris siquidem interesse maius est omni interesse alio.  
 Nam ut cicero de amicitia ait. Ubi enim istum inuenies  
 qui honorem amici ante ponat suo. Et Aristo in e co  
 normis. Multo grauius fert aliquis si honore suo prime <sup>Aristo.</sup>  
 tur q; si bona sua ei auferantur, et huiusmodi honores ter <sup>maioris momenti</sup>  
 rem plus capiuntur q; celestes. De renuncia. C. nisi cum pri <sup>honor qua dicitur.</sup>  
 dem. §. pro graui. Et pro honore sustinendo et sustinendo  
 agendum est actione iniuriarum ut dicit Bal. in l. obser  
 dare. §. anteq; ff. de offi. pro consul. imo prohibitione et  
 defensione proprii honoris per missum Duellum et bellum de  
 jure moueri pot contra iniuriantes vel detrahentes ho  
 nori nro. Bal. in c. circa principium. et colu. de pace.  
 tenen. in feudis quia nemo tenetur iniuriam pati vel  
 parui pensionem proprii honoris arg. ff. de post in principio  
 Imo crudelis est qui famam suam negligit. c. nolo. 12. q.  
 1. hinc de q; causa vite et honoris equiparentur. l. iusta.  
 ff. de manumissio vindic. Ita q; pot quis in honoris  
 sui defensionem occidere inuasorem sicut pro defensione  
 et persone. Ut per docto. in l. i. c. Un vi. et per  
 Jasso in l. ut vim. ff. de just. et ju. et petrus gerax in suis  
 singula. singu. 33. Unde textus in l. miles. §. socer  
 de adulte. Verecundum esse honorem suum in ultum  
 relinquere. Non pot. n. honor. numerario precio estimari  
 ut



ut dicit Bal. in c. de vita et honest. cle. et in c. extenore  
Z. colu de appella. et quod plus est honor ad fact. utilitatez.  
Vbi q. est ho. l. si longius in fi. ff. de iudi et ubicunqz est questio honoris  
notis <sup>ardua</sup> causa dicitur esse ex dua causa in l. inimicitie in fi. ff. de his qbz  
causa dicitur. ut indignis. Inde preterea est quid quod non potest fieri no  
seuato honore fieri non pot. ita habet textus in l. in ea  
dem causa. ff. ex quibus causis maiores. No Gerardus  
in singul. singul. 82. et sic de propositione prima l.

### §. 3.

Propositio 2. non solum mortuis prouenit hoc bonum  
honoris et bone opinionis apud posteros quod est quodam  
modo perpetuo et semper viuere prout dictum est: Verum  
etiam multum inter est viuentium qui de functis vel san  
guine vel affinitate aut etiam amicitia conjuncti fue  
runt l.

Probatu propositio. qm sicut nobilitas parentum quam  
virtutibus diuitijs scientia industria eloquentia rei militari  
rei pu<sup>ce</sup> ad ministracione sua vel maiorem dignitate aut  
alia quavis excellencia non vulgari acquisierunt descendit  
veluti ex tra duce ad posteros ut qui maiorum suorum condi  
tionem sequuntur. Ut optime probatur l. 1. Vbi Bar tho.  
et Joa. de plate. et in l. si senator. et in l. mulieres. C. de  
dign. lib. 12. et in l. senatoris filium. ff. de senato et de  
illa nobilitate et virtutibus quibus ad illam predecesso  
res peruenerunt posteri et descendentes gloriantur et  
se impugner sepe iactitant. ita si maiores sui aliquo  
de decore aut infamia morum presertim sunt notati:  
vel eis aliqua iniuria irrogatur: proculdubio descenden  
tes omnes eiusdem oproberij confusione percelluntur:  
et eorum omnium honori de trahitur. Nam si parentibus  
iam



iam mortuis aliquis honor exhibeatur veluti cum laudat<sup>r</sup>  
 et celebratur eorum memoria manifestum est in filios et ne  
 potes et pro nepotes adq; in omnes descendentes honorem  
 eiusmodi redundare. Et contrario aut si fierent eis aliq  
 in honorationes putasi extumescerent aut ossa eorum cre  
 marentur magna iniuria viuis et filijs et alijs descendetib; <sup>simonius aliqui  
 fiat iniuria credit  
 in contumelias filiorum  
 et in sanguine q; l.</sup>  
 et affinentibus irrogaretur. Similiter vero redundant in  
 parentes defunctos bonum vel malum que proueniunt filijs  
 ne potibus pro nepotibus adq; alijs posteris eorum scilicet et  
 prosperitates et in honorationes infamie vel infortuna:  
 id est bone et male operationes: ex quibus procedunt honores vel  
 in honorationes. Clarior enim est qui optimos relinquit  
 successores: q; qui nullos vel malos ita disputat Plotus et co  
 cludit. 1. Ethic. Patent hec omnia per illud ecclesiastici.  
 c. 3. ne gloriearis in contumelia patris tui non enim est tibi glo  
 ria sed confusio gloria. n. hominis ex honore patris sui: et dede  
 cus filij pater sine honore. Et. c. 41. Erubescite a patre et matre  
 de fornicatione. et parum infra de patre in pio queruntur  
 filij: quia per illum in opprobrio. Unde filij ex fornicatio  
 matris patris irrogatur iniuria ut in autem. de testi et eaque  
 pa. §. Ulti. colla item de decus est patri si filius ducat igno  
 miniosam uxorem. ff. de contraria empt. l. 3. Et facit ad  
 propositum quod de onero scipione maioris a fricam filio Va  
 lerius libro. 3. c. 5. vel secundum aliud Volumen. c. 305.  
 refert. qui quasi monstrum fuit attenta gloria et virtutibus  
 patris: a quibus ipse plurimum degenerauerat et ob maculas  
 sue turpitudinis et viciozum inter ceteras sibi ignominias illatas:  
 cum applo Romano eidem collatus fuisset honor preture vel  
 a quo dam scriba patris sui cum Romanus populus concesser  
 rat: propinqui et consanguinei eius reputantes q; dignitate  
 illam propter vicia et turpitudines suaserat polluturus q; q;  
 opprobrium et dedecus illius in omnes eos redundauit: ita  
 terruerunt eum ut non auderet ponere sellam pretoriam:  
 aut iudicare inter litigantes. Et super hec de traxerunt de  
 manu eius anulum in quo erat sculptum capud a fricam  
 maioris. Et subdit Valerius. dii boni quas tenebras equo  
 fulmine passi estis nasci. id est offuscationes claritatis nomi  
 nis et fame passi estis nasci. Patet igit omnes propinquos  
 et qm



.et qui de eadem genealogia seu cognatione sunt opprobrio aut  
ignominia eorum alicuius labe factari. Inde est qd offenderis in per-  
sona vel in bonis aliquem vel aliquos offendere non dum illos dicitur  
sed et quoscunq; de offensorum cognatione. Probatur hoc p<sup>er</sup> cap<sup>itulum</sup> olim  
de injur. et da. da. Vbi injuria irrogata epo. omnibus ecclesijs  
subiectis videtur irrogata quia sponsus est illarum ecclesiarum.  
Unde ecclesie inferiores pro injuria sibi illata ut ibi possunt  
agere. Et propterea eisdem consanguinitas datur aliquando fa-  
cultas vindicandi ut l. raptores. C. de sacro sanc. ecclesie. Vbi  
dicitur qd consanguinitas virginum et mulierum deo dedicata p<sup>er</sup>  
raptorum datur propria auctoritate interficiendi facultas. Et  
ex his gloria in l. lex cornelia. ff. de injur: quia in injuria  
vni. de cognatione illata videtur facta toti cognationi. Hoc et pa-  
tet Genes. 14. factu abrahe qui vindicavit rapturam in lottis  
nepotem suum commissam. qm iuit contra quattuor reges. Et  
Simeon et leui raptum Digne sororis raptoribus interfectis. Ora-  
tio aut predictorum est qm tota cognatio facit unum corp<sup>us</sup>  
cuius partes vel membra faciunt singuli de cognatione illa. Ut  
in l. cum scimus. C. de agricol. et censi lib. ii. Unum quippe  
cum parentibus sumus. de peni. dist. 4. c. Quid est quod dicitur.  
Nam pater et filius pro vno capite et pro vna persona reputat<sup>ur</sup>  
Ut in l. si. ff. de impube et substi. Vbi dicitur cum ex natura p<sup>atris</sup>  
et filius sic eadem esse persona perie intelligantur sunt vna  
caro. 3s. q. 3. §. hac auctoritate. Item filius pars est patris ut  
dicit P<sup>roculus</sup>. s. Etne. sanguinis. n. eius est. ff. de officio testa.  
l. non em. et vox patris est tanq; vox filij in h. de inutil.  
stipul. §. et qui et heres vna persona cum defuncto censetur.  
in aut. de iur. iur. anno. prosa. in prin. Scilicet pro ea parte  
quia est heres. no. ff. de p<sup>ro</sup>cto. stipu. l. 2. in glo vlti. In natura  
patris ambulat in persona filij: et memoria parentum in li-  
bris et per liberos conseruatur in eum ff. de verbo sig. l. mulier.  
§. cum proportio naretur. Et appellatione parentis non tantu  
pater sed et avus et pro avus et deinceps omnes superiores in  
infinitum continentur. sed et mater et avia et pro avia. ff.  
de verbo signi. l. appellatione. et ff. de in ius voca. l. 4. §. pre-  
ter



ter. et §. parentes. **C** Similiter liberorum appellatione ne potes  
 et pronepotes et omnes qui ex eodem genere descendunt et forte sunt  
 comprehensivum et faciunt cognationem ut in l. liberorum. ff. de  
 verbo. signi. faciunt quaeque familiam domum et gentem id est con  
 sanguinitatem. ut probatur in l. pronuntiatio. §. familie. cl. 2.  
 et §. comuni iure. ff. colitudo. **C** Cum igitur tota una cognatio  
 familia domus et gens id est consanguinitas faciat unum corp9  
 mysticum vel imaginatum singuli autem alter alterius membra  
 sicut ait ptus ad Roma. 12. et naturali inclinatione in id ip9  
 promiscuam sollicita sunt membra. Et si quid patitur unum mem  
 brum compatuntur omnia membra: si ve gloriatur unum membrum  
 Congaudent omnia membra ut etiam inquit aptus. i. ad  
 Corinth. 12. ergo si pater vel superior aut aliquis ascendenti9  
 alicuius familie domus aut gentis seu cognationis et consanguine  
 orum: aut filius vel nepos aut pronepos seu aliquis descenden  
 ti9 vel etiam transuersalium agit vel patitur aliquam iniuriam  
 vel opprobrium seu dedecus, siue turpe iniuriosum aut in honore.  
 similiter propter alicuius eorum illustria facta vel gloriam et ho  
 norem adeptum propter merita: redundat in totam familiam  
 vel cognationem eto. §. non solum mortuis bonum quodlibet  
 honoris vel felicitis opinio apud posteros (quod est quodam modo  
 perpetuo viuere) verum et inter est viventium qui defunctis  
 vel sanguine familia cognatione affinitate aut etiam amicitia  
 fuerunt coniuncti. Quia de eius modi honore vel honora  
 tione gloria vel dedecore mortuorum recipiunt et ipsi commo  
 dum vel incommodum et sic patet propositio. 2.

**C. 3.** ppo que sequitur ex precedentib9 **D**ecomdere cum az  
 poribus defunctorum magnos thesauros seu diuitias est ma  
 nifestum argu. q neq3 mortui quicq3 sepeliri secum man  
 darent. neq3 viuentes successores qui in sepulchris maior9  
 suorum illas permanere permittunt eo animo eas ibi po  
 suerunt et sinunt esse ut eas haberent vel habeant prode  
 relicto: aut renunciauerint tacite aut expresse iuri et  
 dominio quod in eas habebant. Et per consequens q pre  
 dicti thesauro et diuitie habent dno et sunt res alienae.

**P**robatur ppo. i. per primam quia intentio animus mor  
 tuorum et viuorum qui eas sepelire secum iusserunt et qui  
 per manere in sepulchris permittunt est ut inde honorem  
 gloriam et laudem apud posteros consequantur et ut status

gloriosus



gloriosus oper et magnificentia eorum futuris seculis in  
notescat: et sic perpetuo in opinionibus hominum uiuant  
et hoc est eis interesse magnum. q. neq; uiui neq; mortui  
habuerunt animum relinquere diuitias et thesauros preedi

qn res preciosam  
venit no habetur  
pro derelicta l.

¶ **2.** probatur a signo sic. Quando res  
que inueniuntur nec scitur eorum dominus sunt precise  
magisq; valoris signum est non esse habitas vel fuisse pro  
derelictis ubique inueniantur unde non debent putari dno  
vel dominis careere mortuis aut uiuis qm talia nemo abse  
abijcit: sed vel possidet et seruat vel donat. sed thesaurs  
et diuitie et illa que in prefatis sepulchris cum regibus  
et proceribus condabantur: erant res preciosissime. q. signus  
est q non fuerant habite pro derelictis. Non. n. est veri  
simile q tam preciosas res tantum uili penderentur. ¶ **3.** p  
batur per loca in quibus inueniuntur. Inueniuntur namq;  
in sepulchris vel in templis deorum suorum et tutebant ostia  
seris et clausuris ne a latronibus tollerentur ut dictum est  
in principio. q. signum est q non habebant eos pro derelictis.

signis in litore  
vis inueniat res  
ptiosas no habebat  
pro derelictis l.

¶ **4.** probz a simili. Nam signis in mari vel in maris litore  
inueniat rem aliquam que eiecta est de nauis causa nauem alle  
uandi plocum in quo inuenitur nemo debet presumere  
aut putare q habeatur pro derelicta: sed potius contrarium.  
qm eaque alleuande causa nauis lactantur in mare non ha  
bentur pro derelictis. Quia non lactantur ea mente ut ulteriq;  
non possideantur aut dominum eorum domini amittant  
vel abijciant: sed qm possidens dominus uult saluare uitam que  
sibi preciosior est q; diuitie. Unde patet q inuenire res in  
mari vel in litore maris est signum q dominus eorum non  
habuit eas pro derelictis. Res (inquam) que non solent esse in  
maris litore nisi rarissime et a casu pp eas dico scilicet  
lapillos vel gemas que ibi nascuntur que in nullius bonis sunt et  
proinde inuentoris sunt. Hec probantur in titu de re. diui.  
§. vlti. et ff. de fur. l. si finita. §. falsus. §. si iactum. et ff.  
de dam. in fe. l. si finita. §. signis metu. ¶ Hoc modo dicer  
dum est q signis per tabat magna onera in uia et non poterat  
Ultra



Ultra ferre reliquit: vel si fugiens hostes non potuit res suas portare ac propterea in via dimittit: licet putet qd non inueniet illas qm qm redierit: velq forte nunqz eas habebit non dicetur habere eas proderelictis. Nec ergo sunt signa manifesta q faciunt presumptionem vehementem ratione loci q res que inueniuntur non sunt habite proderelictis nec domino careant et sic sunt res aliene. Sic igr est de thesauris et rebus alijs preciosis que in sepulchris vel in templis deorum suorum inueniuntur: qm certe ibi non ponebantur ut haberent proderelictis sed ut ibi optime seruarentur perpetuo et inde honores laudem et bonam opinionem dominus tam defunctis et eorum descendentes uiuentibus afferent. De hoc vide. Hostien in sum. titulo. de causa proprietatis. §. qd sit proprietatis verbo. Item per traditionem. Et confirmantur predicta per exemplum quod apud nos et intelligimus et videmus manifeste. Queramus inquam utrum Reges et magnates ac nobiles viri et catholici: ea preciosa videlicet vexilla insignia siue arma scuta aurea et argentea tumulos coopertos pannis bombicinis et auro intextis que posuerunt defuncti patres et maiores sui in capellis ecclesiarum ubi fuerunt sepulti habuerint proderelictis. Et an offenderentur mortui: et superstites descendentes eorum viui: si quis illa vel furto vel uolenter tollere conaretur. Manifestum n. est q non solum mortui: et uiuentes: Verumetiam tota cognatio domus et familia offenderentur et loco in iuriam acciperent. Et §. probz prop. qm ista preciosa que condebantur cum corporibus defuncto in sepulchris non sunt proprie thesauri qd e i bonis nullius qui in totum inuentori acquiritur si in solo suo inuenit. Est n. proprie thesaurus cui conuenit thesauri diffinitio que ponitur in l. unica. C. de thesau. lib. 10. thesaurus est pecunia ab ignotis dijs vetustiori tempore abscondita cuius dispositionis non extat memoria ut ibi et in l. de rebus diuis. §. thesaurus. Ab ignotis dominis id est ab aliquibus hominibus fuit pecunia abscondita qui nunqz eam repperunt et ibidem longissimo tempore permansit in tantum q iam per obliuionem exiit a possessione et dominio humanorum. s3 Joannem de platea in. D. l. Unica. Improprie aut dicitur thesaurus secundum eundem qm

Hostien.

hoc est notissimum.

Illa q in veniunt in sepulchris non est ppe thesauri.

extat



extat memoria ut quia aliquis abscondisset causa lucri vel  
metus vel custodie ad de vel honoris vel alicuius alterius boni  
respectus. Et de hoc nihil queritur inuentori qui nullo co  
mittit factum: sed eius qui abscondit vel eius heredum ut  
Hest textus in l. nunquam. §. thesau. ff. de acqui. re. do. infi.  
et l. thesaurus. ff. ad exhibendum. et l. item habeo. ff. fa  
milie crascu. et l. a tutore. ff. de re. vendi. Cum igitur  
res ille preciose ponantur in sepulchris causa custodie ac ho  
noris laudis et glorie viuorum et defunctorum et totius cogna  
tionis regum et aliorum magnorum hominum ascenden  
tium et descendendum: de quibus extat memoria per succe  
ssionem scilicet regis ynga vel successorum regum illorum  
regnum et sic in alijs regnis illius orbis. q. non sunt thesau  
ri proprie sed inproprie et per qns non queruntur inuen  
toribus. p. sequela qm non exierunt a possessione et do  
minio illorum et sic habent dominos: et sic de S. p. pone.

§. 4.

Hic sic suppositis ponit sequens gcto catholica.

Conclu. generalis.

**N**emo absq. peccato mortali furti vel rapine et obligatio  
ne ad restitutionem pot. tollere animo sibi retinendi thesau  
rum aliquem inproprie dictum siue in pecunijs et moneta  
consistat: siue in vasis aureis vel argenteis siue in suppellecti  
libus et quibuscunq. alijs preciosis rebus que dominus posuerit  
in quocunq. loco vel in aureis vel in templo vel in sepulchro  
vel sub terra quocunq. antiquitate vetustate sit: si dominus ad  
huc super est aut aliqui ad quos de iure succedere pertineat.  
Hec conclusio adeo est catholica et manifesta q. approba  
tione indigeat: quoniam qui ausus fuerit negare illam: vel  
stultus

no pot. de sepul  
chris auri vel va  
sa vel alia ex he  
re sine p. to quia  
furtum et tenet  
restituere.

3



Stultus erit vel non euadet heresim. Et ratio huius conclusionis est quia thesauri vel diuitie aut res preciose ille sunt res aliene habentes proprios dominos vel illos qui in locis predictis ea posuerunt vel ponere ibi mandauerunt vel eorum heredes. Qui aut tollit vel contractat res alienas inuito domino: furtum committit vel rapinam vero si adhibetur violentia. Et de dominus inuitus Et si videat quis non contra dicat ex timore vel verecundia. ff. de fur. l. penulti. §. est peccatum mortale: turquia est contra iustitiam. Omne aut quod est contra iustitiam est peccatum mortale secundum s. Tho. 22. q. 59. Turquia est contra preceptum diuinum. ubi prohibetur non solum furtum proprie dicti. Sed etiam omnis illicita rei aliene usurpatio. Exodi. 20. et 14. q. 5. c. perali et in specie. c. siquid inuenisti. et c. Multi. et. q. 6. c. 1. ubi dicitur: si res aliena pro quam peccatum est reddi pot et non redditur: penitentia non agitur. sed simulatur: si aut veraciter agitur non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Et in regula peccatum. de regul. iur. lib. 6. De his Raymundus in summa titulo de furtis. §. 9. ubi. Item quid si aliquis. Et panos. in. c. si. de fur. l.

dnr dicit inuitus et si videns non dicit si id faciat timore vel verecundia. Et hoc in telhiges qua plura ma in no uerbo in di nre gotes no q dice et in vite pati qz timore hns panoz id faciunt.

Quantum ergo ad propositum nostrum et questionem propositam in principio: ponitur hec conclusio responsiua.

Nemini hominum de mundo nec etiam hispaniarum regi. Quodcum omni reuerentia quam celsitudini Regie debemus dictum esse volumus absqz licentia et libera nec non gratiosa voluntate Regis Yurga vel suorum descendentium ad quos de iure secundum leges illorum vel consuetudine in bonis suis succedere pertinebat: licere inquirere et aut struere, fodere aut tollere thesauros vel diuitias reuerenciosas animo sibi retinendi easque in sepulchris et Quacas dictas cum suis de functis sepelietur. Quod si quium fecerit peccatum mortale furti vel rapine committet. Et nisi caestituerint: et penitentiam de peccato egerint saluari erit in

conclusio multum notanda qet tngit plures ca se culares qra regula res et prelatos in pndintia delpezu/

possibile



possibile. Et non solum de peccato furti vel rapine oportet  
eos peritose verum mentiam de iniuria qua potissimum irrogat  
prefatis successoribus seu descendentes. uiuentibus eorum quorum  
sepulchra violant honorari et laude utrorumque (scilicet) uiuorum  
et mortuorum derogando et memoriam cessare faciendo.  
Pro quo et satis facere illis tenentur /

in ga enomen  
appellatur regu  
del Peru /

Ynga vocabantur nomine appellati reges vel potius impe  
ratores regnorum del Peru: quemadmodum Reges Egipti prius  
Pharaones de inde Ptolomei appellari consueuerunt /

Prima pars conclusionis huius satis apparet ex iam dictis quia  
videlicet thesauri et res precise in sepulchris inuente sunt res  
aliene et sic habent dominos scilicet Regem Ynga qui est le  
gitimus successor et heres Guaynacaba. Et quidem magni et  
prudenter regis ut omnes Hispani fatentur: qui in regio  
ne illa morantur. Qui successerat plurimis preclaris regibus  
qui per non gentes fere annos in regnis illis feliciter regnarunt.

p. 900. annos  
regnarunt reges  
del Peru q. ex poli  
an. sut. ab hispa  
nis /  
Alhabaliba.  
rex del Peru /

Successerat et prefato Guaynacaba alius filius eius scilicet  
Alhabaliba in regno quem Quilo appellabatur: et huic ex tant  
hodie filij et filie. Similiter super sunt successores regulorum qui  
regum Ynga et Alhabalibe regimini erant subiecti et ha  
bebant sua sepulchra plena thesauris et suppellectilibus diuersis  
preciosissimis. q. absq. licentia Ynga et Alhabalibe et cetero  
regulorum habentium sua sepulchra nemini licitum fuit in  
quiere scrutari et tollere animo retinendi sibi res illas pre  
ciosas. C. 2. pars scilicet q. si contrarium facerent peccarent  
mortaliter peccato furti vel rapine patet. tum i. quia faciunt  
contra Iustitiam. Tum 2. quia inferunt eis iniuriam tolle  
tes mortuis et uiuis in q. tum in se est honorem et famam  
que consistunt in hoc q. memoria suorum mortuorum no  
deleatur: sed uiuant perpetuo in hominum opinioribus.  
Et hoc est magnum interesse utrorumque ut per primas  
et secundam propositiones est probatum. Tum 3. quia  
transgrediuntur preceptum diuinum. Tum 4. quia etiam  
leges Sumare id prohibent et puniunt acriter scilicet  
Ultimo supplicio ut apparet in l. 2. §. Diuus Adria  
nus. ff. de sepulchro violato ubi sic dicitur. Aduersus eos  
qui cadavera spoliant presides seuerius interuenire solet.  
maxime si manu armata aggrediantur. Utsi armati mo  
re latronum id egerint etiam capite plectantur. Sec ubi.

et. C.



et. C. eo titul. l. pergit audacia. Ubi etiam puniuntur eade  
pena qui vestem mortui aut ornamenta sepulchri abste- <sup>vide abele</sup>  
lerunt. Et sacrilegus: sicam armis capite sine armis me- <sup>Ceui. 10. q. 8.</sup>  
tallo damnabit. Secundum leges regni castelle idem pro  
scribitur et morte puniuntur ut patet in l. 2. titul. 18. lib. 11. <sup>leges ordinamenti</sup>  
Ubi ponuntur hec verba. El que quebrantare sepulchro <sup>q loquit q viola</sup>  
de muerto sacare alguna cosa de ay muera por ello. <sup>tes sepulchra.</sup>  
sacara nada peche cient sueldos de oro. la mitad al Rey y la  
otra mitad a los parientes del finado. Erat autem quilibet <sup>casasueldo de</sup>  
sueldo. Valoris centum et trium aureorum siue ducatorum <sup>Valor deciento</sup>  
ut habetur per glosam super l. 2. titul. 5. lib. 2. fori. <sup>7 tres ducados.</sup>  
Et quia ex gravitate pece que infligitur in prohibitionem alicuius  
actus arguitur gravitas culpe: ideo quotiens legis humane ali  
quem actum prohibent sub pena mortis aut mutilationis vel dam  
nationis in metalem: semper contemnitur faciendo peccatum mor  
taliter <sup>condus</sup> <sup>Thom.</sup> cum leges humane iuste obliget  
in foro consciencie quia non infligitur talis pena: nisi pro eo quod  
multum esset lesivum iustitie ac bono recipit facit ad supradicta  
l. qui sepulchra. C. eo titulo. Quare de hmoi legibus executio  
in mandatis parum imo nulla cura fuit nostris magistra  
tibus in indiarum partibus. ubi dicitur: qui sepulchra violant  
domos (ut ita dixerim) defunctorum geminum videntur fa  
cimus perpetrare. Nam et sepulchris spoliant destituendo: et vivos  
polluunt fabricando. Pollunt videlicet iniuriam inferendo eto.  
Et vero pars gatonis scilicet quod nisi thesauros et alias res pre  
ciosas et queque bona ex sepulchris ablata proprijs dominis vel  
heredibus restituant et de peccato penitentiam egerint non  
possint salvari et precedenti generali conclusione cum sua pro  
batione est clara. Nichilominus tamen denuo volumus eas  
probare. Et arguitur i. sic. Nemo potest salvari sine penite- <sup>i. ratio</sup>  
tia post peccatum mortale. Sed detinens alienum et non res  
tituens non agit penitentiam: sed simulat ut Augustinus  
dixit ad Macedonium et habetur in d. c. Si res. j. ille qui the  
sauros iam dictos abstulerunt vel ablaturi sunt ex sepulchris  
sine licentia dominorum nisi restituerint illos ad quos pertinet:  
in penitentes moriuntur et per ipsos impote erit salvari.  
Et arguitur sic sine observatione iustitie imple est quem  
quam salvari: sed auferentes thesauros et diuitias iam dictas  
ex alienis sepulchris faciunt contra iustitiam. j. nisi eas res  
tituant



tituant quod est actus. Iustitie impote est ut possint saluari. **¶ 3.** arguitur impossibile est quemqz saluari nisi ei dimittat peccatum mortale. Sed de tenere alienum. et p momentum inuito domino est peccatum mortale quem admodum et furari vel rapere pp quod dicitur Eccl. 21. Quasi a facie colubri fugi peccat. Qui tamen non restitue do predicta que ex sepulchris furantur vel rapiunt sunt semper in peccato mortali. g. impossibile est eos posse saluari. **¶ 4.** impossibile est quemqz saluari qui debitum pecuniarum debet et non reddit. vel soluit: sicut per aptum ad Roma. 13. omnibus reddite debitum cui tributum tributum esti vestigal. vestigal. cui honorem honorem: et nemini quicqz debiti nisi ut inuicem de beatis. Unde premissis q omnibus debita reddenda sit ne forte parum dixisse videretur cum hoc sonet affirmatiuum preceptum: negatiuum subiunxit nemini quicqz debeatis: quasi dicat in deum committitis si quod aliqz debetis eo inuito detinueritis. Sed illi qui sepulchra spoliant et thesauros inde animo sibi de tenendi tollunt inuitis dominis sunt debitores eorum et precepto diuino reddere obligantur. g. si non reddant impote est eos saluari. **¶ 5.** Nemo eorum qui aliquod nocumentum notabile infert proximo nisi resartiat et tollat illud: pot saluari quoniam omne nocumentum alteri illatum esse repugnat seu contrariatur charitati que est anime vita et mouet ad volendum et faciendum bonum alterius. Sed omnes illi qui tollunt predictos thesauros inuitis dominis inferunt nocumentum notabile scilicet impediendo ne suis bonis et diuitijs que ad honorem laudem et gloriam suam et maiorum suorum in sepulchris illis reposita sunt fiantur et gaudeant. Item inferunt eis aliud maius nocumentum: quod perit memoria suorum parentum et suam: similiter honor et laus et gloria et nomen et fama in quibus precipue totum suum interesse felicitatemqz ponebant extingatur: sunt in causa. Unde maxime illis iniuriantur. g. nisi per restitutionem tot thesaurozum ablatorez inuitis dominis eius modi nocumenta tollat et resartiant impote est eas saluari. Carent. n. charitate atqz proinde moribus habent amaras.

**¶ Paes aut. 4.** Conclusionis et probatur scilicet q de iniuria quam vivis et mortuis inferunt teneantur perire atqz pro posse satisfacere. Quartum ad perire clarum est: cum ex suo peccato mortali furari vel rapine sequatur in proximo illud iniurie malum et hoc etiam si non habuissent iniuriandi animum: sed fu



randi vel rapiendi thesauros duntaxat: quia qui occasiones  
 damni dat ipsum damnum dedisse videtur: C. si culpa de injur.  
 et dam. da. si aut interderent injuriam irrogare causa  
 minuendi honoris vel opinionis ultra peccatum, quia est co  
 tra proximi charitatem quem diligere sicut et nos tenemur.  
 Mathe. 22. et. 8. q. 1. c. in scripturis et de peri. dist. 2. c. dea  
 ritas et. 2. C. de injuri. l. si nones nunciatur. / Quantum  
 vero ad satisfacere proposse per. d. c. si culpa ubi sic dicitur.  
 Si culpa tua datum est damnum vel injuria irrogata: seu alijs  
 irrogantibus opem forte tulisti: aut hec irperitia tua sine  
 negligentia euenerunt iure super his satisfacere oportet nec  
 ignorantia te excusat si scire debuisti ex facto tuo injuriam  
 verisimilitate posse contingere vel facturam hec ibi cuius ratio  
 est secundum. s. Thomam ubi allegat. infra: quia distincta  
 sunt restitutio et satisfactio. Non. n. restitutio est pars satis  
 factiois. Est ideo de offensa vel injuria homo ledens proxi  
 mum ei non reconciliatur per hoc qd sua ei restituit: sed per  
 hoc qd supra hoc aliquid humilitatis ei exhibet. Quod  
 aut in injuriam fecerint et facturam eiusmodi furcs vel  
 potius predones seu raptores prefati: probatur. Quia tollit  
 defunctis totum esse suum perpetuum scilicet vivere in me  
 moria et opinionibus hominum et per qns viuis auferunt  
 totaliter honorem laudem et gloriam. Et hec est atrocissi  
 ma utriusq; injuria. Ut insti. de injur. §. atroc. Et hec factu  
 est grauior: quanto in plures redundat. Sicut grauior est  
 que inferitur principi qm alicui private persone: quia redun  
 dat in injuriam totius multitudinis. Cum igitur hec injuria  
 redundet in totam deum progenicam seu cognationem re  
 galem ipsorum regum et regulorum: imo in vniuersas illas regio  
 rum suorum comunitates ut ex dictis apparet: et argu. delega.  
 3. l. mutu. infi. et argu. 32. q. 7. cap. offerbat et fit de dec.  
 totius cognationis fulgore. l. 1. C. de sena consul. claudit tolle  
 do. Ideo ceteris paribus ex hoc ipso injuria hmoi maxime  
 aggra auatur. de hoc. s. Thom. 22. q. 65. ad. 4. et  
 alibi. Unde pro hac illata injuria non solum descendentes om  
 nes et tota regalis cognatio: verum etiam vniuersae regio  
 rum illorum comunitates possunt etiam noie proprio agere  
 in



in Iuratum contra eos. ff. qn̄ appel. sit. l. 2. §. per. et. §.  
fi. et de appella. l. non tantum. et in iur. l. cum possit. fit.  
n. in Iuria domui et sunt tres leges. t. et. 2. et. 3. optime ad  
propositum. ff. de libera. cau. et. ff. Qui et aduersus. quos. l.  
fi. ¶ Nonne in Iuriosum est apud Græcos fulgere vexilla scuta  
in signa nobilium magnatibus hispanie et longe magis regū  
que in capellis colesiarum recordere consueuerunt: et in super  
tumulor. vel tymbor. presertim quando sunt auro textis vel seri  
cis cooperti. vel suppellectibus alijs preciosis: aut vasis aureis siue  
argenteis adornati. Certe nemo nobilium hispaniarum saltem  
(quicquid sit apud alias nationes) non exereime sustineret: ac  
propre non in Iuriam hanc vindicare acerrime conaretur:  
existimans propriam honorem et predecessorum suorum glo  
riam. et laudem et famam sumopere ledi. Pertinet namq;  
illa (sicut sepe dictum est) ad diminutionem vel potius dilectio  
nem honoris. et glorie siue fame viuorum et mortuorum. Et  
hoc est maxime interesse. Utroqueq; q. oportet taliter le  
dentes pro iniuria satisfacere ultra necessariam restitutionem.  
¶ Et si Iuridice et civiliter agatur iuramentum viuo  
rum q̄tum ad estimationem tanq̄ legitime probatum. Ut p̄p̄  
in. C. olim de in iur. et dam. da. et. C. Un̄. vi. l. sign. et.  
2. q. 1. c. in primis. et de his que vi. met. cau. fi. c. ultimo.  
et iuramentum debet talis forme esse. Nos talis iuramus q̄  
prius vellemus tot millia de nostro amittere: q̄s talem in  
iuriam nos passos fuisse. Crescit aut̄ minoratur iniurie estima  
tio secundum gradum dignitatis persone passe in iuriam. Ut  
d. §. aliox et. §. per. insti. de in iur. Est namq; mani  
festum in casu n̄ro q̄ rationabiliter atq; probabiliter q̄q̄  
sit iudicabit q̄ cum illiquibus iniuria est illata Reges et magni  
ac potentissimi et locupletissimi domini existant: et tanti  
fecerint sepulchra sua propter honorem laudem et gloriaz  
ut pote cunctis opibus preeminencia et mortui preferenda.  
Ut ex dictis clarum est: estimatio quam facerent iniuriarum  
quas in huiusmodi a nostris sunt passi non esset qualiscūq;  
sed millia millium et centiens centena millium. Quia reue  
ra eiusmodi estimatio apud ipsos et et apud Philosophos et  
sapientes quoslibet huius mundi nulla est comparatio. q̄ p̄a  
dis restat eius modi predomibus ultra restitutionem tot. Casu  
rum.



eorum captivam satisfactio et sic salvandi via. ¶ Si aut cogat  
 in foro conscientie de iniurijs huiusmodi cum precio non sicut  
 stimabiles terretur placare sic leos quibus sibi possibile foret  
 cum ipsis se componendo de iniurijs perse illis factis et humiliter  
 veniam postulando. Et hoc modo satisfaciendi uti debemus ma  
 xime quotiens damnum vel iniuria illata proximis non pot adpe  
 rum re compensari. Hoc probantur per. d. C. olim de injur. et  
 s. Tho. 22. q. 62. ca. 2. ad 1. et ad 3. et in 4. ser. dist. 18. q. 1. ca. 5. q. 2. in corpore et ad 1. Et hostien. in summa. titul. de in  
 jur. s. contra quos datur et s. in quantum det. Raymundus glosa  
 sua. Et Ulricus et summa confessor. lib. 2. titul. s. q. 65. Sanchez  
 quoque archiepiscopus flo. in 2. par. titulo. 2. c. 2. s. 3. Astensa  
 nus sita prima parte sue sume lib. 2. titulo. 14. Adrianus de mun.  
 in 4. loquens de rebus fame. Et sic patet conclusionis pars. 4. et  
 qm tota gto responsiva ad questionem satis claret. ¶ Item  
 ius per omnia est de thesauris et preciosis rebus si que inveniuntur  
 in templis Idolorum quibus deos suos in sua infidelitate vel Idola  
 tera venerabantur: quod de illis que in sepulchris maiorum suo  
 rum reponerantur. Videlicet q nec pro derelictis habuerunt  
 nec dominio eorum renunciarunt: nec modo post conversio  
 nem suam sunt illa vocantia: sed dominos habent: scilicet aut  
 illi qui Idolis obtulerunt in persona si extant: vel heredes eorum  
 ad quos secundum eorum iura vel consuetudines pertinet succe  
 dere hereditario iure. Probatur hoc. quoniam si ea obtulerunt  
 dijs eorum falsis: hoc proculdubio sub tacita conditione offerre  
 intelligebatur scilicet si deus verus esset ille vel illi quibus talia  
 immolabant et sic verum illum deum existimantes cum intentio  
 maxime gentiliu terdat principaliter et finaliter ad veru  
 deum colendum que cognoscunt licet confuse naturaliter. Sic  
 dicit Hieronimus super psalmum. 95. Sic igitur et nos et  
 omne humanum genus naturaliter intelligit deum. Nu  
 lle. n. gentes sunt que natiter non intelligat creatorem suu.  
 Licet. n. lapides et ligna venerentur. En intelligunt aliquid  
 maius esse qd ipsi sunt et in errore suo indicant se habere  
 sapientiam. hoc est nulla gens est que habere naturaliter no  
 intelligat deum. Demiqs gentiles Idola colunt: hoc est lapides  
 et ligna

s. Tho.  
 hostien.  
 Raymundus  
 Ulricus

thesauri inventi  
 in templis Idolorum  
 non erant derelicti  
 sic nulli his parti  
 potuit propria  
 auctoritate ca  
 pe.

hurog



et signa venerantur et si forte rixam fecerint et si iurame-  
 tum aliquod inter illos venerit / non dicunt lapides isti vi-  
 dent: ligna vident: sed deus videt et deus audit. *Boetius*  
*romulus inferna.* ¶ Hoc ipsum etiam quidam idolatra  
 Romanus grammaticus maximus nomine scribens ad Au-  
 gustinum mors laeae contendebat. Equidem (ait) unum  
 esse deum sine initio sine prole natere: seu patrem magnum atq[ue]  
 magnificentum quis tam demens tam mente captus neget esse cer-  
 tissimum. Cuius nos virtutes per mundanum opus diffusas:  
 multis vocabulis inuocamus: quoniam nomen eius cuncti pro-  
 prium videlicet ignoramus. Nam deus omnibus religio-  
 nis commune nomen est. Ita fit ut dum eius quasi quedam  
 membra captim varijs supplicationibus prosequimur totum co-  
 lere profecto videamur etc. *Sec* ille in epistola que inter  
 Augusti epistolas. 43. Numeratur. Cum igitur illa offerret  
 alijs qui non errant dii existimantes offerre deo vero ut illum  
 colerent et venerarentur postq[ue] iam per dei gratiam fidem  
 receperunt et cognoscunt se fuisse deceptos manifestum est  
 q[uod] possunt recuperare illa et repetere cum non eam mente  
 ponerent ibi: putantes per errorem eos esse deos tacita vel im-  
 plicita conditione q[uod] si non essent veri dii vel deus nullo modo  
 alias oblaturi et per q[ui] non perdidissent eorum rerum  
 dominium. Patet hoc in illo qui dat indebitum omni iure  
 vni per ignorantiam vel errorem putans alteri dare cum error  
 excludat eius liberam voluntatem. Nam omnis error in-  
 ducit repetitionem et ita indistincte intelligitur. l. cum per  
 errorem. ff. de regul. iur. et. C. de condi. indebi. l. i. et. l.  
 cum et soluta. et per totum et. C. de iur. illum titulum. et. ff.  
 et per totum. et. C. de iur. et facti igno. l. cum quis vbi glo.  
 magna. No. in. C. final. desolutio. cum igitur. Tacita co-  
 ditione q[ui]s non excusante omnis idolatra videatur idola  
 colere putans per errorem deum verum venerari et ei deo  
 offerre suas immolationes sive sacrificia adque sacrificia  
 in communi naturali ratione vident se esse obligatos: Quod  
 si errare se cognoscerent ipsa ratio n[atu]ralis eos ab idolatria  
 retraheret sequitur manifeste per errorem illa preciosa  
 indebita in templis ad honorem falsorum deorum repo-  
 sisse certe non posituri si errorem cognoscerent et ideo

Augusti.

non



non dubium quin ut diximus repetere possint. Quoniam sicut errore cognito illa non offerrent: ita procul dubio dominium eorum a se non abijcerent. q. ad huc eorum sunt dominum: et tanq̄ res suas possunt repetere. Quod etiam confirmari poterit per huiusmodi exemplum. Detur casus int̄ nostra christianam religionem q̄ christianorum aliquis esset in tali errore q̄ putasset eaque in ecclesia ad honorem dei et cultum diuinum celebrandum obtulisset calices et alia vasa vel aurea vel argentea seu auro intexta siue bombicina non placere deo et nil ei profutura esse post hanc vitam manifestum esse videt̄. Utiq̄ intentionis sui minime fore abiecisse dominium eorum: neq̄ ab se aut habuisse illas pro derelictis. Quoniam et si eas in ecclesia obtulit ut honorifice cultus diuinus celebraretur hoc tamen supposita tacita et implicita conditione si deo placerent ac ut in alia vita premium acciperet alias certe non frustra oblaturus intelligendum esse ratio ipsa compellit. Quod si p̄ impossibile error ille ab aliquo cuius auctoritati et fidei merito esset deferendum confirmaretur nemo esset gentilium philosophorum iudicium habens prudentie si iudex huius controversie constitueretur qm̄ bona oblata illa iusta indicando illi tanq̄ propria et eorum dominium habenti restituere non decerneret. ¶ Apparet igitur non minus seu pari et fortiori forsam ratione thesauri alie quoq̄ diuitie ac preciosa suppellectilia: que inueniuntur et inuenta fuerunt vel deinceps futuro tempore inueniuntur in templis quondam. Vide deuter. c. 7. et abule. 1. para infidelitatis pertinet ad eos qui ea obtulerunt vel eorum heredibus: quem ad modum illa que in sepulchris sunt vel erunt inuenta sive precepta s.

## §. 5.

Quoniam in principio conclusionis responsive ad motam questionem exclusimus et in christum et xp̄ia missimum regem nostrum q̄ scilicet nec ipsa celsitudo sua sine lic̄ et conse su libere regis Ynga et quidem magni regis regnorum del peru: vel aliorum regum aut regulo non ad quos spectat vel heredum suorum pot̄ mittere aut



81  
nullus et rex potest aut mandare inquirere aut ~~scructari~~ scructari et tolle  
thesuros reco- re thesauros et alias res preciosas que sunt in sepulchris etc.  
ditos in sepul- idcirco dignum esse ducimus reddere rationem de huiusmodi.  
chris extra Et probat sic. Rex ille ynga et successores illius sunt prin-  
here/. cipes et domini supremi et vniuersales omnium regno-  
rum del peru non recognoscentes superiorem: habent q3 iustu-  
mezum mixtum imperium et omnimodam potatem et  
iuris dictionem quemadmodum alij reges liberi demundo  
s. nullus rex aut princeps de mundo potest sine illius  
vel eorum licentia et beneplacito intrare regna illa et querere  
aut scructari que in eis sunt et illa tollere. Ans patet: qz  
totus ille orbis cuius pars sunt regna illa del peru est in al-  
tissimo mari oceano ab omni regione alia earum omniuz  
quas vnq3 homines cognouerunt remotissimus quem  
agentibus illis in diem occupatum et possessum et super eas  
regnare proprios reges inuenimus. Et sic ab omni su-  
periori exemptos seu liberos. Et hec probantur satis per l.  
ex hoc iure. Cum ibi nota: per doctores ibi ex hoc iure dis-  
creta sunt gentes: regna condita a singulis gentibus que  
sibi reges elegerunt secundum glosam dominia distincta  
gentes et reges nota et ff. de iusti. et iur. vbi apparet qz nati et gentium  
orbis libere et nemi- iure: ille gentes et reges earum sunt domini et liberi nemi-  
ne habebat inter nemi superiorem recognoscentes: nec de iure nec de facto  
na superiorem ante qz nos eas cognouissemus. Appellatur aut superior  
ille ad quem pertinet locus ex na loci idest exitu: dixit bal.  
allegat. l. in sule ff. de iudi. Sed melius in consilio 328  
prime par. vlti. q. vbi ait nihil referre vtrum quis vocetur  
Rex vel dux: qz non est facienda vis in nomine sed in qualitate  
regiminis et magnitudine potestatis argu ff. de condi. et de  
monstra. l. pater seuerina. §. conditionum hec baldi et longe  
melius ad huc 1 de 2. par. ad propositum nru sic ait: qz  
de iure gentium reges tenent supremum cardinez et apud  
infideles et ideo non appellatur ab eis apparet et penes reges esse  
illam speciem dny que vocat2 vniuersalis sed particularis spectat  
ad singulares perse: ad regem aut per accidens idest ex acci-  
detalez



dentales causam puta propter delictum et ideo etc. Secundum  
 sanctum Thom. autem et c. Sed secundum s. Tho. aut  
 lib. 1. c. 14. de regimine principum. Illum regem dici supponi  
 mus cui summam regiminis in rebus humanis committitur.  
 Quippe qui electus est in superiorem appto vel qui successit tali  
 ter electo qm electus fuit cum suis successoribus. d. l. ex hoc iure.  
 Cum ibi nota iuris dictio aut est plantata in loco vel terri  
 torio a quo non pot euelli. facit. l. in modicis. ff. de contrahen.  
 emptio et. l. 1. §. cum urbem. ff. de offi. ~~pres. et. l. 2. ff. prefec.~~  
 Urbis. et. l. fina cotitul. et. l. 3. de offi. presi. et. l. 2. ff. de  
 iuris. om. iudi. in quibus dicitur. qz iurij dictio coheret ter  
 ritorio. Ad id. c. fi. de consuetu. libro 6. et in. l. fi. ubi et  
 apud quos. Et in. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo.  
 signifi. et. l. quicunqz. C. de feu limitrophis. lib. 11. Unde  
 quia rex habet regnum suum et totum illius regni solum in  
 eius potestate consistit. d. §. cum orbem ergo habet et iu  
 risdictionem coherentem toti illi solo seu territorio. Cuius  
 vero probatur quia intendo regnum alterius sine licentia et  
 maxime cum exercitu contra voluntatem vel prohibitionem  
 tacitam vel expressam proprii regis: dicitur turbare ipsum <sup>intra in regno</sup>  
 per simplicem intromissionem unde facit ei in iuriam: et tollendo <sup>alteri in meli</sup>  
 inde aliquid potissimum preciosum usurpat alienum. et <sup>te proprii regis</sup>  
 qu. ff. de in iur. l. in iuriarum. §. si quis in re prohibeat. et <sup>peccat</sup>  
 §. si. et. l. sane et. l. is qui in domum alienam et. 1. dist.  
 c. 1. C. de iur. in l. 1. C. uti posside. Bartho. in. l. 1. <sup>post et. §. inter dictus. 3.</sup>  
 tentiam vel colu. in principio verb. porro si ego possideo. <sup>colu eo. Baldus.</sup>  
 Unde quilibet rex aut regni cuius libet vniuersalis mo <sup>in. l. seri</sup>  
 dezatur non recognoscens superiorem: si viderit expedire  
 ad pacem et quietem: ad malos mores vitandos ad defen  
 sionem securitatem et conseruationem regni. vel <sup>Rei reipn</sup>  
 sue in libertate potest statuere vel lege regia prohibere ne  
 quis forensium seu alienigenarum seu cuiuscunqz alteri  
 regni persona: regnum vel prouinciam aut ciuitatem  
 sue ditiois ingrediat: vel causa mercimonij commuta  
 tionis emptionis venditionis aut gratia in hris habitandi  
 vel quacunqz alia de causa. Idqz rationabiliter ac pruden  
 ter faciet: qm ad regiam circumspectionem et curam per  
 tinet vt futuris periculis regni vel reipublice provideat: qua  
 tenus contra externos hostes tuta reddatur. Qm non solum  
 attendit<sup>2</sup>



attenditur quod presens est: sed etiam quod esse potest eoq[ue] euet[us]  
euentus sub in- | sum inconsideratione hominum. l. p[er] filio. ff. de iure. iusti. l.  
consideratione ho- | ait facto. §. euentus. ff. de penis. et. §. postiore. in li. quibus  
minum | modis testa. infir. et. l. generat[ur]. §. si libero. h[er]ed. ff. de fi-  
de comis lib[er]. Quod aut[em] Rex possit ingressum alienigenar[um]  
prohibere patebit dilucide inferius. §. 12. ¶ Si quidem his q[ui]  
gressu possit in | modo tetigimus et brevi quadam mora explanavimus: et inope-  
gressu alieni | nostro de unico vocationis modo omnium gentium ad veram  
geniar[um] p[er]dite religionem. lib. 1. c. 3. latissimo discussu fuerunt elucidata: ne  
in li. de unico v[er]o | minem existere qui non libenter assentiat nisi vel mentis de-  
cationis modo. c. 3. | factum aliquem vel catholice doctrine in experientiam pa-  
tiantur arbitramur. Quibus tamen solus videtur obstare in-  
stitutio papalis de regibus nostris hispaniarum facta in su-  
periores reges et moderatores totius illius orbis indiani: cuius vir-  
tute atq[ue] auctoritate cum omnes gentes et habitatores illar[um]  
terrarum subditi regum nostrorum remaneant ratione  
fidei predicande idcirco cetera omnia que sequuntur personas  
videntur eisdem esse subiecta: et per q[ui]s posse de omnibus  
que in regnis sunt et sic de supradictis thesauris et quicquid  
preciosum fuerit ad placitum vel pro arbitrio tanq[ua]m suppre-  
mi principes decernere siue determinare. ¶ Unde licet ora  
determinata in precedentibus vera sint q[ui]ntum ad quoscunq[ue] mun-  
di reges alios: non tamen q[ui]ntum ad reges hispaniarum qui  
peculiari privilegio et donatione per apostolicam sedem ad  
imperiale fastigium super orbem illum fuerunt sublimati.  
¶ Ad quod dicimus verum utiq[ue] esse catholicos castelle et legio-  
nis. Reges sedis apostolice providentia et gratiosa donatione  
constitutos fuisse super orbem illum supremos principes ra-  
tione cure quam eis de predicanda fide ad conuertendis ha-  
bitatoribus illius ipsa sancta sedes in iungebat ut apparet  
in literis apostolicis prefate institutionis siue donationis. Sed  
revera non ipso iure vel ipso facto q[ui] nominati vel instituti  
sunt tales reges nostri per sumu[m] pontificiu[m] translatum est  
in eos uniuersi orbis illius dominium nec possessio iuxta  
notata per legistas in. l. traditionibus. C. de pactis. et  
in aut[em] ingressi. C. de sacro san. eccle. et in. l. nunq[ua]m. ff.  
de acqui rerum domi[n]i et per canonistas. in. c. ex literis  
de consuetudi: et in alijs v[er]isq[ue] juris locis /.

obsecro.

solutio.



§. 6.

Ad cuius tamen obiecti pleniorum declarationem et solutionem supponende sunt aliquae considerationes. Prima consideratio est: quod cum dominia et iuris dictionis status et dignitates regales sint apud infideles de iure gentium et naturali et confirmata per utrumque ius diuinum precipue per euangelicum: manifestum est quod fides catholica vel religio christiana non priuat infideles Reges aut dominos suis statibus dignitatibus et bonis aut iuribus alijs et domino quod super sibi subiectos habent iure naturali et gentium: sed potius rectificat illa. Quod aut per ius diuinum sint approbata patet in veteri lege: in qua nullus mentio fit de regibus infidelibus et idolatris. De primo rege Nembroth. gene. 10. fuit principium regni eius Babilon. et quatuor reges etiam sodomorum et Gomorre. gene. 14. Et triginta Reges chananeorum: in libro numerorum et fere per omnes libros diuine scripture frequentissima est memoria regum idolatrarum. Et ut de alijs quibus plurimis taceamus: per ipsum os diuinum Nabuchodonosor Rex est appellatus. Ecce ego (inquit) adducam ad Tizum Nabuchodonosor regem Babilonis ab agmilone regem regum cum equis eto. Et ecce mel. 26. Et huic Daniel dixit non gratia adulationis prestande: sed veritatis titulo aperiente: tu rex regum es: et Deus celi regnum et fortitudinem et imperium et gloriam dedit tibi eto. Danielis. 2. Ex quo ergo Deus per scripturam suam reges infidelium et idolatras reges appellat: reges sunt: quia ipse dixit et facta sunt ps. 148.

Unde patriarche atque prophete reuerentiam et obedientiam regibus infidelibus idolatris et pessimis sub quorum regimine debebant ex tribuerunt. Ut s. Joseph pharaoni. bebat regibus in David Nabuchodonosor: Mardocheus et Hester Assuero. et Baruch. i. dicitur. orate pro vita Nabuchodonosor regis Babilonis: et pro vita Balchasar filij eius ut sint dies eorum sicut dies celi super terram: ut biuamus sub umbra Nabuchodonosor et umbra Balchasar filij eius et seruamus eis multis diebus eto. Prophecia regis etiam David honorauit Saulem postquam ab eo Deus recesserat: quia scilicet adhuc rex erat et fuit dum vixit. Unde Augustinus in questionibus veteris et noui testamenti. questio. 35. sic ait. Quare ratio

i. consideratio.

fides catholica  
priuat reges aut  
domos infideles  
suis dominis.ex iure diuino  
probat reges in  
fideles esse ob  
tate infidelitate.viri sancti qui  
reuerentiam exhi  
bebat regibus in  
fidelibus.

angl

ne



ne David Saul postq̄ Deus ab eo recessit Christum Domini  
Vocat et honorem defert ei. Non nescius David diuinam esse  
traditionem in officio ordinis regalis. Idcirco Saul in eadem  
ad huc traditione positum honorificat ne deo in iuriam fue  
re videretur: quibus ordinibus honorem decreuit. Dei. n. ima  
ginem habet: sicut et episcopus christi quandiu ergo in tra  
ditione est honorandus est sicut pp̄ se vel propter ordinem.

Unde ap̄tus ad Roma 13. potestatibus sublimioribus sub  
diti estote: non est potestas nisi à deo. Que. n. sunt à deo or  
gentiles in potestate sunt. hinc est unde gentilem in potestate tamen po  
tate positus ho situm honorificamus: licet ipse indignus sit qui dei ordi  
nem tenens gratias agit diabolo. Potestas. n. exigit quia me  
retur honorem. Nam ideo pharaoni future famis somnium  
reuelatum est: et Nabuchodonosor alijs secum assistentibus  
solus filium dei vidit in camino ignis: non utiq̄ merito suo:  
qui in idolo se adorari voluit: sed merito ordinis regalis huc  
Augusti. in forma. ¶ Ecce qualiter reges infideles idolatre ac  
pessimi habent regnum imperium. et fortitudinem et gloria  
idest dignitatis excellentiam et ordinem regalem à deo celi  
et sunt in traditione, idest in off̄o regali a deo constituti q̄vis  
infideles propterque honorem et reuerentiam merentur ima  
ginem dei gerentes. Unde apparet prefatas dignitates et sta  
tus regales dominia et iurisdictiones introductas lege nat̄a  
et gentium confirmatas per Iesum diuinum veteris testamenti  
¶ Quod aut sint approbata et confirmata per legem euange  
licam: sunt in numero autoritates. et prima sit hec ipsius  
auctoris iustitie christi. Math. 22. reddite que sunt cesaris  
et c. In his verbis docuit tributum et Iura regalia cesari  
Ethnico infideli et in eo vniuersis alijs ethnicis idolatre  
et infidelibus reddi. Reddite (inquit) non date quia redde  
re signat solutionem: solutio aut supponit debitum: debe  
tur namq̄ regibus etiam infidelibus tributum nat̄is iustitie  
obligatione vt patet ad Roma vbi supra reddite oibus  
debita cui tributum tributum: cui vectigal vectigal: cui  
honorem honorem et c. loq̄batur namq̄ ap̄tus de prin  
cipibus infidelibus quibus tunc t̄pis plenus erat mundus.

Dignitas rega  
lis introducta de  
lege nat̄a et pre  
getius et confirmata  
per diuino.

infideles habere  
p̄nt verū dñm  
et iurisdictiones.

Quos



Quos tamen appellat ministros Dei in hoc ipsum seruientes  
 Ideoque necessitate subditi stote. hoc. idem solliciti apostoli  
 promulgare procurabant omnibus fidelibus et primis christi  
 anis precipientes ut obedientiam et honorem et iura principi  
 bus infidelibus obseruarent tanquam unum et preceptis diuinis  
 euangelice legis. 2. ad Thimo. 6. (Quicumque sunt sub iugo (glo  
 sa inter lineas infidelium serui) dominos suos omni honore  
 dignos arbitrentur: ne nomen domini blasphemetur. Sciant  
 fideles habere dominos non contemnunt: sed magis seruiat  
 quia fideles sunt. Et ad Titum. 3. ad mone illos principibus  
 et potestatibus subditis esse dicto obedire ad omne opus bonum  
 etc. ¶ Conuersationem vestram id est actus exteriores et opera  
 habentes bonam intergentes (id est gentiles et infideles uiuentes:  
 ut prouocetis eos ad fidem (secundum s. Thomam) ut in eo  
 quod de tractam de vobis tanquam de malefactoribus quia propter  
 indiscretionem et superbiam aliquorum de iam conuersis ad  
 fidem post fidem susceptam dicebant non tenere fideles obe  
 dire principibus infidelibus: ideo infideles domini conquerebant  
 et blasphemabant fidem tanquam iniustam quia iura nature to  
 llebat: et conditionem vel ordinem humane conditionis tanquam in  
 iustis et malefactoribus, et sequitur ex bonis operibus id est ex de  
 bita obedientia et subiectionis prestatione (qua ante vestram con  
 uersionem tenebamini dominis vestris) vos considerantes glo  
 rificant deum in die visitationis id est vocationis vel conuersionis  
 vestre aut eorum. Et infert statim beatus Petrus quam intende  
 bant gloriam. Subditi igitur stote omni humane creature  
 (glosa et s. Thomas ibidem) fidelibus et incredulis hec illa et  
 ille. Et est accomoda distributio pro his sub quorum erant poter  
 tate pp deum id est sic deo ordinante: siue regi si precellenti siue  
 ducibus: quia hec est voluntas Dei ut bene id est taliter obediendo fa  
 cientes obmutescere faciat subtrahendo eis materiam conque  
 rendi et blasphemandi imprudencium hominum id est infide  
 lium ignorantiam. Et post parum deum timeate: Regem homo  
 uisitante. serui subditi stote in omne honore non tantum bonis  
 et modestis: sed discoloris. id est infidelibus. ¶ Item Paulus. 1. ad  
 Timoth. 6. precipiebat obsecrationes / orationes gratiarum actio  
 nes fieri pro regibus et omnibus quibus in sublimitate constituti  
 erant: et sunt: ut quietam et tranquillam vitam agamus. Ma  
 gnifestum. n. est quod eo tempore cum apostoli precepta hec promul  
 gabat fidelibus et primis christianis: mundus totus (ut dixi  
 mus)



*juris regalia  
confirmata per  
Ius divinum novi  
testamenti.*

*a  
ratiō ad con-  
clusionem.*

mus) plenus erat principibus siue regibus infidelibus: et nullus  
Rex aut princeps erat fidelis. q. dignitates et status regales do-  
minia et iuris dictiones et iura regalia que sunt apud infide-  
les: approbata et confirmata fuerunt: et sunt per Ius divinum  
noui testamenti: noui per legem euangelicam. Quod vero fides  
Christi et religio Christiana non priuet Reges vel principes  
in fideles suis dominij statibus et dignitatibus iuris dictionibus  
et iuribus etc. Que ad reges et regum autoritatem et excolle-  
tiam pertinent: Iam clarum ex adductis existit. Quasi deus  
per Ius diuinum veteris testamenti: et iterum per nouum eua-  
gelicum confirmauit et stabiliiuit omnia predicta q. blasphemum  
esset sentire q. reuocasset illa per fidem et multo minus  
suscipiendo fidem infideles ipsi. Sed addamus alias particula-  
res rationes et autoritates et prima sit. Ordo prelationis q.  
homines subiunguntur principibus suis: est ordo iustitie natus  
a deo institutus secundum illud ad Roma. 13. non est potestas  
nisi a deo que aut a deo sunt ordinati omni resistit. Et lo-  
quitur de ordine que inferiores suis superioribus subdunt.  
sed fides xpi est iustitie principium et causa secundum illud  
ad Roma. 3. iustitia Dei per fidem Iesu Christi: in omnes  
et super omnes qui credunt in eum ergo per fidem xpi  
non tollitur ordo iustitie: sed magis firmatur. Ordo  
aut iustitie requirit ut inferiores suis superioribus  
obediant fideles sint vel infideles quia iustitia non solum  
extendit se ad fideles: sed etiam ad homines vniuersos  
q. principes infideles vel etiam eorum subditi maxime  
suscipiendo fidem non amittunt sua dominia iurisdic-  
tiones/ dignitates et iura est debita. Hoc enim esset  
melioris conditionis in sua infidelitate q. in christianissimo  
et in ecclesia sancta existere contra illud quod habet  
in. c. iudei. el. 2. ex de iude et sarra. Ubi precipitur  
sub pena excois iudeis ad fides uermentibus possessiones  
non auferantur cum melioris conditionis ad fidem conuer-



ros esse oporteat q̄ ante q̄s fidem suscipere habebantur hec  
 ibi. Et dem et amplius habetur in quadam ex tradaganti Jo  
 annis. 22. sub titulo. de judeis in coribus. Dignum (inquit) ar  
 bitrantes et p̄ri consorum forte renatos baptismatis judaica  
 cecitate dimissa amplioribus favoribus aut gratijs q̄ antea  
 abundare indecens et absurdum ut qm̄ in perfidia abundaret  
 cogant<sup>r</sup> mendicare fideles. et infra districte precipimus et  
 mandamus quatenus conuersis huiusmodi et qm̄ in posterum  
 conuertentur: in possessionibus et bonis alijs quocunq̄ noie  
 censeant<sup>r</sup> que conuersionis tempore obtinebant seu etiam obli  
 nebant occasione predicta nullam molestiam inferant: nec  
 ab alijs inferri permittant sed ipsis in his et in alijs se fauorabiles  
 exhibentes ipsos ab iniurijs et molestijs protegant et defendat.  
 ut sic de seruitute ad libertatem transisse percipiant nec redire  
 pretextu mendicitatis odibilis admissam per fidiam compe  
 llantur. hec ibi. Re et m̄ uera magnum dedecus fidei catholica  
 heret: qm̄ religio christiana taq̄ in iusta et tyranica esti  
 maretur et odio haberetur: et per q̄ns blasphemandi xp̄um do  
 minuz latorem legis euangelica materiam preberemus si co  
 trarium predictorum attentarem. ut est manifestum.

vide qm̄ madat  
 p̄ qm̄ qd̄ in fidei  
 b̄ q̄ d̄ co p̄ t̄ant<sup>r</sup>  
 nō fiat in iuria  
 neq̄ p̄ uet<sup>r</sup> bonis  
 aut dignitatib̄  
 signas habebat  
 tempore in fidei delita  
 tis

Ratio 2. si ista per fidem datur gratia sp̄s sancti que prin  
 cipaliter sit ista per fidem datur dicitur ipsa lex euangelica: gratia  
 uero non tollit naturam sed perficit et supplet defectum nature  
 secundum s. Tho. i. par. q. 2. a. 5. ad i. et 22. q. 188. a. 3.  
 Sed principatus et potestates domnia et iurisdictiones que sunt apud  
 infideles cuiuscunq̄ nationis secte aut religionis existant (preter  
 tamen iudeos post mortem xp̄i) pertinent a deo lege naturali et  
 gentium que iura lex euangelica divina et gr̄a sp̄s sancti instaurauit/  
 augificauit / firmavit secunduz angulimus: perficit et suppleuit  
 secunduz s. Thomam. q̄ infideles maxime suscipiendo fides no  
 perdut principatus / dignitates / potestates etc. / sed potiq̄  
 firmant<sup>r</sup> et p̄ ficionantur in illis. A. 3. probatur autoritatib̄.

2. ratio.

gr̄a nō tollit  
 nāz s̄ p̄ ficit

3. ratio.

et prima



aug.

Et primo Augustini super Ioan. 18. exponens illud Regnum  
meum non est de hoc mundo. Audite (inquit) ergo Iudei et gentes  
audi circumcisio: audi preputium audite omnia regna terrarum:  
non impedio dominationem vestram in hoc mundo: regnum meum  
non est de hoc mundo. Nolite metueret metu damisimo quo herodes  
ille maior cum christus natus nunciaretur expavit et tot infantes  
vt ad eum mors perueniret occidit: timendo magisqz irascendo  
crudelior regnum (inquit) meum non est de hoc mundo. Quid  
vultis amplius. Venite ad regnum quod non est de hoc mundo:

aug.

Venite credendo et nolite seruire metuendo etc. Et sup illud  
ps. 118. principes persecuti sunt me gratis contione. Idem au-  
gustinus Quid n. christiani leserant regna terrarum? nunqz eos rex  
rex milites suos prohibuit impendere, et exhibere que debentur

¶ qz vis eis regna  
celorum pmiserit  
Rex corp. (in qz) leserant re-  
gna terrarum

regibus terre. Nonne de hoc sibi caluniam molientibus iudei ait.  
Reddito cesari que cesaris sunt et deo que dei sunt. Nonne tributum  
de ore piscis etiam ipse persoluit: Nonne precursor eius mili-  
tibus regni huius quid facere deberent pro eterna salute: non  
ait cingulum soluite: arma projicite: regem vestrum deserite  
vt positis deo militare: sed ait neminem concutiat: nulli calum-  
niam feceritis sufficiat vobis stipendium vestrum. Nonne vnus mi-  
litum eius et dilectissimus comes eius comilitonibus suis et quo admodum  
christi provincialibus dixit: omnis anima pstatibus sublimioribz  
subdita sit. Et paulo post ait: reddite omnibus debita: cui tributus  
tributum. cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui hono-  
rem honorem. Nemi quicqz debeatis nisi vt inuicem diligatis.  
non ne precepit vt pro ipsis et regibus oraret eccle. Quid g.  
eos christiani offenderunt. Quod debitum non redderunt: In quo  
christiani non sunt terrarum regibus obsequi. Ergo terrarum  
reges christianos gratis persequuti sunt etc. hec augustinus.  
Ecce qualiter sententiam fert augustinus contra ea que nostris te-  
poribus per christianos circa infideles potissimum indianas na-  
tiones pateata sunt: de quibus nostris minime gloriabuntur



qz non gratis: sed meritisime si vires illis suppetere eos per  
 sequerentur. C. Chrysostomus quoq; super predictum verbum.  
 extremis anima eto. 1. Romel. 23. huius rei (ait) plurimum  
 et in alijs epistolis meminit quemadmodum famulos heris  
 suis: ita et subditos principibus subiiciens facit aut hoc ideo  
 ut ostendat christum leges suas non ad hoc induxisse ut po  
 litias euertat: sed ut ad melius instituat et ut pariter doceat  
 superflua et inutilia bella non esse suscipienda et infra: et  
 non simple dicit obediat: sed subdita sit. Est aut prima consti  
 tutiois huius iustitia que et fidelibus cogitationibus ac membris  
 satis et decora est et honesta: nimirum qd a deo ordinata  
 sint ista. Et longe inferius ait idem Chrysostomus. Si n. ista  
 paulus tum cum gentiles ad huc essent principes precepit:  
 multo magis oportet ea fidelibus exhibere. eto. 1. hec Chrysost.

Chrysost.

Confirmat pre monstrata autoritas vniuersalis ecclesie que  
 in festo epiphanie carit ex probando herodem regem inqniens.

Nostis herodis impie christum venire quid timet: non eripit  
 mortalia qui regna dat celestia. C. Ecce qz manifeste ostendit  
 autib; et rationibus ultra plurima aliaque alibi plenus adduxim;  
 legem christi non solum non fultere principibus infidelibus  
 dignitates et regna vel iura sua regalia sed confirmare potius et  
 stabilire. Quoniam contrarium esset respublicas et ordinem quem ipse  
 cum patre et spu sancto stabilivit euertere. Quod s. Thomas. supi.

ad Corinth. c. 6. non siluit dicens: esse contra ius diuinum impe  
 dire subditos et christianos ne compareant quotiens vocati fuerint  
 coram principibus vel iudicibus infidelibus hec ille. C. Terum si  
 pre allegata non sufficiunt: sufficiat postremo decretum et de  
 claratio ipsius apostolice sedis per papam Paulum. 3. qui in bulla  
 sua incipiente sublimis deus sic dilexit humanum genus. Ubi  
 concludit decernendo et declarando iudos nostros et omnes alias  
 gentes ad notitiam christianorum in posterum de venturas licet  
 extra fidez christi existant sua tamen libertate ac rerum  
 suarum dominio priuatos seu priuandos non esse: imo libertate et

qz ius diuinum  
 impedire qm sub  
 diti vocati cora  
 infidelis rege  
 compareat et si sub  
 diti sint xpiani.



indige indigone  
 no snt pnuati do minio huius modi uti potiri et gaudere libere et licite posse:  
 neq; pnuati do minio suazpe nec in seruitutem redigi debent: ac quicquid secus fieri contigerit  
 ruz aut liber tate est. iuratum et mane nullius roboris vel no menti ipsosq; in dos  
 inuitati sunt et alias gentes verbi dei predicatione et exemplo bone vite  
 ad fides pba ad dictam fidem christi inuitandos fore auctoritate aptica p  
 et exepa. presentes decernimus et declaramus etc. / scribi patet ergo  
 infideles iuste possidere regna et principatus et dominia et su  
 visdictiones non solum super subditos infideles. sed etiam  
 super fideles si contingat iure aliquo vel aliqua ratione sub  
 ditos esse illis. et per qns reges vel principes infideles maxime  
 fidem catholicam suscipientes: non amittunt regna principa  
 tus et iura regalia cetera l.

§. 7.

Consideratio .2. q quilibet princeps de mundo papa impera  
 tor et Rex cum sit homo et sic aial rationale: nulla potestas vel  
 auctoritas spūalis vel temporalis potest principem eximere aut  
 absolueri a lege nāli vel dictamine recte rationis vel legis eterne  
 ut per doctē inquit bal. in l. si aquam .6. et .7. colu. C. de  
 seru. et aqua pluua. allega. l. 2 ff. de usufr. earum rerum. et  
 bald. in c. bone el. 2. de postul. prela. Quidem non solum  
 legi nature et eterne princeps omnis subiectus est: verum etiaz  
 legib; iustis suis quas ipe condidit q̄tum ad vim directiuam se  
 cundum iudicium dei et inforo conscientie. Cuius ratio est:  
 q̄ma cum leges iuste quas principes condunt in tantum iuste  
 sint et per consequens vim habent obligandi inquantis a lege eter  
 na et nāli seu diuina que a rationabili dei voluntate proficiscunt  
 tanq̄ regulis omnium actuum humanorum regulantur et de  
 iurari noscuntur quazum cuiuslibet necessario princeps omnis  
 subdit

a lege nāli in  
 illis alienis  
 bald.

care. p. 2.  
 quibus ad vim  
 directiuam  
 rex subditus  
 est suis legi  
 bus. /



subditur et neutra est soluta relinquitur. q. quilibet princeps et  
 papa legibus justis humanitus positis. et quas ipse tulit secum  
 dum iudicium Dei (cuius legibus scilicet naturali et eterna <sup>ubi eterna</sup>  
 nullus homo est exclusus) sit subjectus: et ubicunq; legis ratio <sup>sint paria</sup>  
 seu mens iustum et rectum suaserit: eam servare et non contra  
 eam facere teneatur. De quo. s. Tho. 2<sup>o</sup>. q. 96. ar. 4. et q. 95. <sup>cui elegat.</sup>  
 ar. 2. et 3. in corpore questionis. **E**t autem lex naturalis in nobis  
 quedam participatio legis eterne que talem conceptionem hominibus  
 reddidit qua dirigi possent ad convenienter agendum in actionibus  
 propriis. lex vero eterna secundum Augustinum libro. i. de libe. <sup>aug.</sup>  
 arbi. Summa ratio cui semper obtemperandum cuius nationo  
 bis impressa est inq̄tum scilicet omnis cognitio veritatis e  
 quedam irradiatio et participatio legis eterne que est veritas in  
 commutabilis. **E**t in libro. 22. q̄ta faustum idem s. ait lex  
 eterna est divina mens seu voluntas ordinem naturalem servari  
 juvens turbari vetans. Unde non minus proprie dicitur lex  
 preceptum vel prohibitio ipsa cognitio agendorum vel non agen  
 dorum: q̄ ipsa veritas e nuncians quid agendus vel non agendus.  
 Unde Hugo de sancto Victoris libro. i. de sacramen. par. 6.  
 c. 6. Quid cognitio faciendorum fuit nisi quedam ad cor hominis  
 facta precepta. Et quid rursum cognitio vitandorum: nisi  
 prohibitio. **E**x quo patet q̄ non prohibito cuiuscunq; legis latore  
 lex aut constitutio consistit: sed in recta et regulata ratione.  
 Et propterea Gratianus dixit: lex humana est quicquid <sup>ratio</sup>  
 ratione consistit. i. dist. c. consuetudo. Et Bal. in. c. i. de  
 constitu. ait q̄ lex consistit in substantia rationis est communis  
 omnibus mundi hominibus ergo. lex fundata in substantia  
 rationis naturalis communis esse ap̄ cunctis hominibus ubicunq;  
 et quotienscunq; casus contingat in quo ratio talis legis occu  
 raverit inde est q̄ ratio legis semper magis debet attendi q̄  
 ipsa lex idest legis verba. l. i. c. q̄sit long. consue. et. l. cum  
 muliere. ff. solu. mati. Et ratio finalis et animalis legis secundum  
 Bal. in. l. si quis. seruo. C. de fur. unde ubicunq; habet locum  
 ratio



ratio legis habet locum ipsa lex: C. de interdi. l. 1. et si verba  
contradiciant § archidia. et Gemini in. c. ubi periculum de  
consti. lib. 6. l. scire op. §. aliud. ff. de excusa tuto et verba  
asua significatione cadunt cum res aliter salva esse non pot.  
de qua agr. ff. de inutil stipula. §. quotiens et 2. q. 2. c. omnes  
et vide glo. in. c. propterea de regul. Jur. hec satis aperte fatetur  
imperator digna (inquit) vox est maiestate regnatis se legibus alli  
gatus principem profiteri qz de iuris auctoritate principis pedit  
auctoritas: et revera maius imperium est submittere legibus principatus  
ut nihil sibi princeps licere opinetur: quod a iustitie equitate dissondet  
hec ex illo juncta glo. C. de legib. l. digna vox. ¶ Patet igitur qualiter  
principes mundi etiam vicarius christi subiecti sunt rationibus  
legum suarum et eas tenentur observare: non quia leges sic dicunt:  
sed quia ratio sic vult. dicuntur tamen principes legis nexibus ab  
soluti: non quia eis iniqua liceant: sed quia in esse debent quibus  
timore pene sed amore iustitie volunt equitatem rei publice pro  
curent utilitatem et in omnibus aliorum commoda private pre  
ferat voluntati secundum polyeratuz lib. 4. c. 2. dicuntur preterea  
principes supra leges et c. supra leges esse maxime papa et im  
perator in quantum eas ex rationabili et iusta causa non aut prohibito  
sue voluntatis possunt mutare et in eis pro loco et tempore quicunqz  
casus rationabilis occurrerit cum alijs secunqz rationabiliter  
dis pensare. ut in. c. licet. de gsu. lib. 6. et 1. q. 1. c. si ergo sine  
causa aut legitima veniendo contra ius positivum non servando  
legem quam princeps tulit peccat eo genere peccati et inter dum gra  
vius ratione scandali qm alij eas transgredientes. ut legi. et no.  
in. c. que in ecclesiarum de consti. Unde ex hoc suo q conuen  
tiones et pacta sua quibuscumqz cum subdito contrahit. ut in. c.  
1. de probatio. et ibi late per doctores. ¶ Debet. n. facere ut  
bonus pater familias: cum data fuerit ei potestas pascendit a ves:  
non turbandi aut molestandi. Et debet procedere ex rectitu  
dine iustitie et equitatis non ex affectione speciali ut nota in. d.  
c. que in ecclesiarum. et in. c. de multa. de preben. ¶ Sic aut  
semper



semper de principe presumendum est: nisi ex presse appareat  
contrarium potissimum de christi sanctissimo Vicario. Princeps <sup>non psumit de</sup>  
n. cum sit custos iustitie non presumitur velle alicui ius detra <sup>re princip e qd</sup>  
here. ff. de vulga. substi. l. ex factu. Et adducit Bal. in l. 2. <sup>ms nãg velit</sup>  
<sup>violare.</sup>

C. de seruis. et qd semper habeat pro oculis rationem sequi rãlem  
et a preceptis nãtis et eternis legis nulla tenus declinare: atqz  
actus omnes suos non tam a iustitia poliã etiam furi regulare:  
patet per illud quod imperator protestatur in vni feudo. titul. de  
pace tenen. in prin. per frrede. Nos tam diuinas qz humanas leges  
in suo vigore manere cupientes: et omnibus personis ius suum  
conseruare volentes et c. l. et in. l. digna vox. C. delegi. et ipse  
summus presul fatetur nullam transgrediendi iura diuina et na  
tura et etiam ordinationes apostolorum et dicta prophaz  
habere potestatem: sed defendere illa vsqz ad animam et sanguinem

~~ut~~ ut. 25. q. 1. c. sunt quidam vbi sic dicitur. Sciendum vero  
sumopere est qmã inde novas leges condere pot scilicet Roma  
nus pontifex: Unde euangeliste aliquid et prophete nequaã  
dixerunt vbi vero aperte dominus vel eius apostoli et eos sequentes <sup>notãda pã</sup>  
sancti patres sententialiter aliter diffinierunt: ibi non nouam <sup>tificis vba.</sup>  
legem Romanus pontifex: sed potius quod predicatum est vsqz  
ad animas et sanguinem confirmare debet. si. n. quod docuerit  
apostoli et pphe destuere (quod absit) nitetur: non senten  
tiam dare sed magis errare conuinceretur sed hoc proculsit  
ab eis qm semper domini ecclesiam contra leporem insidias optime  
custodierunt. hec ibi. Et. q. 2. c. amputatu. Vbi Julius papa ita  
inquit. Amputatu totius vsurpationis excessu: nullus presumat  
quesibi non videntur esse concessa: caque sunt ab apostolis eozqz  
successoribus instituta nulla desidia negligantur: nulla dissen  
sione violentur: nulla concertatione turbentur. hec ibi. C. Protesta  
tur in super summus pontifex sue intentionis nunã esse aliquid  
providere aut mandare per suas literas per quod alicui pre  
iudicium irrogetur. Ut in. c. licet. de offi. ordi. Vbi sic dicit <sup>nã dat li</sup>  
qma tã intentionis nãe nec fuit nec esse debuit iurisdictioni <sup>ter qd poti</sup>  
tue per mandatum hmoi derogare et in. c. super eo de offi. de <sup>fer p qua</sup>  
lega. non tamen nostre intentionis dioces. archiep. prejudicium <sup>alium pjudi</sup>  
<sup>ius irroge</sup>  
<sup>bit.</sup>

generare



generare et in c. ex multiplici de decimis. Unde quia non fuit  
nostre intentionis per privilegium nostrum conventioni dezo-  
re predictae et de rescrip. c. ad aures quod cum sic intentionis nre  
(scilicet) vni concedere beneficium quod aliud non ledat  
vel grauet et in c. olim de consue. ibi sine pre iudicio a  
lieno etc. / 25. q. 2. c. de ecclesiasticis et in c. 1. de cau.  
et proprie. Nec nos contra inauditam partem aliquid  
possumus diffinire. Sunt etiam alia innumera iura que ad  
probationem. huiusmodi possunt adduci. Et ratio predictorum  
est ne scilicet inde nascantur iniurie unde iura nascuntur.  
C. Unde vi. l. meminere. Et de accusa. c. qualiter et quomodo  
el. i. et c. peruenit 21. q. 1. et de rescrip. c. nulli. Appa-  
ret igitur rectitudo intentionis et amor rectitudinis ser-  
uandi et non ledendi iustitiam diuinam maxime et in nra legem  
in pre iudicium alicuius apostolici principis. Scit n. melius ipse  
quod diuina iustitia patrocinante: aliena iura et que vnicuique de iure  
nati et diuino competunt fixa et immutabilia esse oportet. Quia  
iusticia diuina necessaria est: ideo non potest infringi: nec distin-  
gri pre iudicialiter per ius posituum vel legem humanam. Ut in  
c. si. de prescrip. Quia civilis quidem ratio civilia iura perimere  
potest nra vero non utique iusti. de legi agrar. tu. §. si. et ff. de  
regu. iur. l. iura sanguinis. Nec contraria consuetudo hoc po-  
terit. c. frustra §. dist. et. c. Ray nutius detesta. Imo nul-  
la lex potest tollere eaque continent equitatem nra legem. ff. de ca-  
pitis diminu. l. eas. obligationes. Ratio n. nra continens  
ius necessarium in omnibus casibus id est non solum in generibus sin-  
gularum: sed in singulis generum non potest mutari ut notabiliter  
dixit Baldus in simili in c. si. de prescrip. 3. Col. allegat glo.  
in l. 2. ff. de usu fruc. earum rerum que usu consumuntur /  
3<sup>o</sup>. consideratio. quod causa finalis prefate institutionis concessionis  
aut donationis papalie regum nostrorum ad imperium illius  
orbis fuit non quod pre tenderet summus pontifex reges nostros hys  
pariarum principaliter ad maiorem statum sublimare aut dona-  
re amplioribus diuitijs seu locupletiores facere: sed causa omni-  
no

Baldus.



no. finalis fuit euangelij predicatio et fidei aut cultus divini <sup>euangelij pre</sup> <sup>dicatio fuit</sup> <sup>causa donatio</sup>  
 et religionis christiane dilatatio et habitatorum illius prefati <sup>nis</sup> /  
 orbis conuersio et salus et sic ab eorum profectum et favorem. Hec  
 siquidem intendit summus pontifex principaliter et finaliter.  
 non aliquod commodum regum nostrorum vel aliquam eorum  
 temporalem utilitatem: nisi longe deper accidens. Probr tum. 1.  
 quia nulla causa subsit nec sub esse potest de iure intromittere se  
 summum pontifex de temporalibus infidelium disponendis inturris et  
 regnis proprijs tam remote ac sine alicuius preiudicio de ecclesia  
 vniuersali viventium: quorum noticia nobis aut nostra illis nunquam  
 ante hac fuit audita nisi causa predicande fidei et salutis <sup>vie</sup>  
 aperiende vniuersis gentibus illis. Hoc de se patet. cum notum sit  
 apud theologos et et apud canonistas et doctos viros super cap.  
 Novit de iudi. et. c. per venerabilem: extra qui fil. sint legi non se  
 intromittere vicarium christi. de temporalibus extra ecclesiam <sup>circumfideles</sup>  
 id est inter fideles nisi ex magna et ardua causa pro quo facit du <sup>no se intromittit</sup>  
 vius dictum Paul de castro in q. fil. 281. incipien. in christi noie. <sup>papa in epalibz</sup>  
 in penul. colu. parte <sup>nisi ex magna</sup> <sup>causa</sup> /  
 laico sibi non subiecto epaliter aliquo modo et cum causa per suus  
 rescriptum auferre dominium rei sue quia cum iste sit actus  
 iurisdictionalis ut no. in l. final. C. si contra ius et vtil pub. <sup>actus iurisdictionis</sup>  
 iurisdictio non pot. exerceri in non subditos. argu. c. per vene <sup>nis no pot. exer</sup>  
 rabilem. qm fi. si legi. hec ex illo: vide feli in c. que in ecclesiarum <sup>ceze in no subdi</sup>  
 10. colu in 3. de declaratione de constitu. vbi late tractat hac mate <sup>tum</sup> /  
 riam: sed verissimum est qd cum causa potest. q. longe minus  
 extra ecclesiam id est de bonis temporalibus infidelium. quia  
 nihil ad eum delinqm fuis sunt iudicare. i. ad corinth. 5. Tum  
 2. probatur ex verbis ipsius Romani pontificis ex pressis in literis  
 Concessionis seu institutionis prefate vbi sic ait. Cupientes ut ipse <sup>Abapontificis</sup> /  
 nomen saluatoris nostri in partibus illis inducatur. Hortamur  
 vos qz plurimum in domino pro sacri lauacri susceptionem qua  
 mandatis aplicis obligati estis et viscera misericordie domini nri  
 iesu christi attente requirimus: ut cum expeditionem huius oino  
 psequi et sumere pronamete orthodoxe fidei zelo intendatis. po  
 pulos



pulos in huiusmodi insulis et terris de gentes ad christia-  
 nam religionem suscipiendum inducere velitis et de beatis  
 etc. Et sepe ostendit hoc summus pontifex in eisdem aposto-  
 licis literis videlicet concedere superioritatem orbis illius pp-  
 fidem predicandam et conversionem incolarum eius tanq[ua]m pp-  
 causam finalem alias certe non concessurus ut plenissime pro-  
 bauimus in nostro tractatu comprobatorio de iure regio in fine  
 probationis prime conclusionis ergo non ut Reges n[ost]ros subli-  
 maret ad altiorum statum aut reddere locupletiores principali-  
 ter: sed principaliter et finaliter propter fidei et cultus di-  
 uini ampliationem illarumq[ue] gentium conversionem et sic ob ea[rum]  
 effectus et fauorem. Hoc etiam prouabimus late in prima  
 propositione tractatus nostri cui titulus est de bello Xalisq[ue]  
 no etc.

S. 8.

**EX** his oritur alia et sit quarta Consideratio videlicet  
 summum pontificem per sepe nominatam institutionem de regib[us]  
 nostris ad dicti orbis superioritatem non intellexisse priuare  
 orbis aliquid au reges vel dominos n[ost]rales prefati orbis suis dominicis et regali  
 iure sui d[omi]ni aut iurisdictio n[ost]ra. dignitatibus et iurisdictionibus: aut aliquid aliud regibus n[ost]ris  
 concedere aut licentiam dare q[uod] facerent vel omitterent: p[er] q[uod]  
 fidei predicatio impediretur aut conuersio predictar[um] gentium vel  
 omnino frustraretur vel etiam retardaretur. Probatur primum mul-  
 tipliciter: tum 1. quia sit melius Romanus pontifex q[uam] sine causa  
 Vera discussa et necessaria non pot[est] tollere ea que sunt iuris  
 n[ost]rales et gentium: maxime confirmata per Jus diuinum veteris et  
 noui testamenti quemadmodum sunt ista ut apparet et dicitur. Cau-  
 sa aut predicanda fidei et conuersionis animarum non est causa  
 sufficiens vera discussa vel necessaria cum sine tali priuatione fides  
 predicari non pot[est] predicari possit et conuersio animar[um] haberi q[uam] in potius econtra  
 causa efficacissima et vniuersum mundum turbandi concitandi atq[ue]  
 in fideles  
 causa ad tollen-  
 dum d[omi]na a veris  
 regib[us] s[ed] potius  
 ob id impeditur.



infidelium aduersus nos: quibus materiam et causam iustam dare  
 mus ~~nos~~ bello nos impetendi metu iusto amissionis honorum  
 dignitatum honorum somniorum et iurisdictionum suarum: doctri  
 nam quoque christi et religionem christianam: latoremque legis  
 euangelice legis inquam immaculatam conuertentis animas  
 (idest) regum christum tanquam iniquum et iniustum inquam  
 et in iustam blasphemandi et odiendi: et per quos modis omni  
 bus ab illius legis et religionis susceptione se retraherent vel si iam  
 per violentiam a nobis prostrati et victi (quod facile nobis saltem quo  
 ad indiarum nationes est) ostenderent se velle fidem aut fidei sacra  
 mentum suscipere: proculdubio fidei aut diuini vili perdonandaque  
 talem rem reciperent. Nec siquidem necessario veritatem esse si  
 nouerint infideles quod de iure vel de facto priuari sunt bonis et  
 dignitatibus ac dominis suis prudens non erit sed in expertus est  
 quoniam non fateatur. Sed hoc esset frustrari et destruere presertim finem  
 quem deus intendit et quem vicarius ipse dei pretendere in apostolicis  
 literis testatur: et per quos sine causa iusta discussa et necessaria ordini  
 naturali quem lex eterna seruari et turbari vetat: et tandem his que  
 naturalis et diuini iuris sunt contrarie (quod longe a christi vice  
 alienum est) cum non receperit potestatem in destructionem sed in ec  
 clesie edificationem: agam (inquit) apostolus secundum potestatem quam  
 dedit nobis dominus in edificationem et non in destructionem 2. ad  
 Corinth. 10. Vbi sanctus Thomas exponit dedit inquam michi s. Tho.  
 dominus potestatem hanc specialem ad conuertendum gentes in edifi  
 cationem scilicet ecclesie: et non in destructionem: sicut faciunt pseudo  
 abutentes potestate eis data in contrarium eius ad quod data est hec s. Tho  
 mas et in c. vlti. eiusdem epte. Non possumus aliquid contra verita  
 tem sed pro veritate. Vbi etiam s. Tho. Deo autem dedit michi hanc  
 potestatem scilicet ligandi atque soluendi in edificationem non in destru  
 ctionem scilicet ut vos edificemini et non ut destruamini hec s. Tho.  
 q. Summus pontifex per sepe dictam de rebus nostris institutionem non  
 intellexit priuare reges et dominos naturales illius indiarum orbis suis  
 dominis statibus regalibus vel honoribus dignitatibus aut iurisdictionibus  
 et cum. 2. quasi priuasse illos intelligeretur eiusmodi reges suis dominis  
 etc. per dictam institutionem cum non sub fuerit legitima causa reuera  
 potestate



papa nō indēdit  
p̄uare nōi orbis potestate quam recepit ad edificationem a buteretur ecclesie des  
reges suis dñs et  
si intēderet esset a fructuōm et diceretur agere ad uersus veritatem cum fides p̄  
indestructionem  
et nō ad edifica  
tionem /.

fas est ut iam diximus. Tum 3. quoniam sedes apostolica per  
leges vel constitutiones vel donationes suas: non consuevit tollere absq̄  
legitima causa ea que iuris sunt naturalis vel gentium aut diuini  
quin potius ea usq̄ ad animam et sanguinem seruare inuolabiliter  
protostatur ut probatum est. Tum 4. per ea que cōmunitur omnes  
canonistę determinant in c. Que in ecclesiarum de consę scilicet  
papam non posse priuare infideles suis dominij et iurisdictione

Innocētijs papa nō  
pot priuare nisi  
deles suis dñs

Domini J. ill quod ait dominicus de sancto gemina. Tract. 11. Videlicet q̄ q̄  
q̄d papa cōcedit  
se p̄telligitur  
id esse sine p̄  
iudicio iuris  
alieni

declarat̄ p̄ba  
bulle

in c. quod super his de uoto quam sententiam tenent etiam theologi  
studiosiores iuris naturalis et alibi latissime scripsimus. Tum 5. per  
ill quod ait dominicus de sancto gemina. Tract. 11. Videlicet q̄ q̄  
cumq̄ papa cōcedit aliquod ius de nouo: non intelligitur uelle tollere  
ius quod ante alius tertius habebat. Quia semper intelligitur concedere  
id esse sine p̄ iudicio iuris alieni. Ut in c. super eo de offi. delega et de  
rescrip. c. Quamuis et c. si pp̄ tua debita lib. 6. et quod plus (in  
q̄nt) est etiam si apponatur uerba se referentia ad uicium de prete  
rito dicendo q̄ possit obijci uicium precedens. Quia per hec uerba  
generalia non est intentio papa auferre ius alteri questum in re uel  
ad rem nisi hoc specificē dicat. d. c. quamuis et de consuetu. c. cum  
olim hec dominicus. Et propterea non obstant uerba decreti aptici  
pre memorate institutionis ubi absolute dicitur sic. Cum omnibus  
Illarum scilicet insularum et terre firme dñs / ciuitatibus / castris /  
locis / et villis iuribusq̄ est iurisdictionibus ac pertinentijs uniuersis  
suis uobis heredibusq̄ et successoribus uestris castelle et legionis regi  
bus in perpetuum tenore presentium donamus concedimus et c.

ex quibus uide tur priuasse prefatos reges aut dominos etc. Sed non est  
verum per supra dicta et dicenda. Quia dicta institutio uel donatio  
seu concessio uel quocumq̄ modo uel nomine censeatur si saluari  
habet ut non sit in iusta: intelligitur q̄tum ad superioritatem siue  
dominium iurisdictionemq̄ suppremam et uniuersalem super totum

illum



illud or bene velut imperatoriam dignitatem quemadmodum an  
 dignitas imperator. multis regibus: et tamen reges dignitatibus  
 et dominis ac jurisdictionibus propriis libere gaudebant et  
 poterant quia iuste adquisierat alias imperator n. habebat  
 dominium et universalem siue supremam jurisdictionem in toto  
 imperio et veluti mediatum cum aliqua restrictione jurisdictionis

quatenus ad impe  
 ratoriam digni  
 tatem intelligit  
 donatio cu qua  
 stat jurisdictio  
 et legitimus do  
 minium regu  
 et regulorum l.

Ut credendum e vel obedientia vel servitio aut tributo in signum  
 utis domini argu. in c. tua nobis. ex. de deci. Huius aut vestigiis  
 apparet in regibus hereditibus qui tempore christi erant in Ier  
 usalem subjecti Romano imperatori. l. 1. et 3. Math. 2. et Marc. 6.  
 et in alijs locis. Item patet in historijs prophanis. legitur etiam  
 in legenda decem millium martirum q imperatores Adrianus et  
 Antonius audito q christiani essent: scripserunt quinque regibus

Videlicet saporis Adriano. Maximo. Tyberiano et alij maximo ut  
 ad se venirent et quicquid de huiusmodi hominibus agendum esset  
 consulerent. Illi vero exercitu congregato ad imperatores venerunt  
 etc. / Sunt namq compatibles jurisdictiones hec atq dominia

compatibiles ju  
 risdictiones su  
 pna et inferi  
 oris in mediata l.

suprema scilicet siue universalis et inferiorum immediata ex eo q  
 sint diversarum specierum vel q differant specie. Et sic non re  
 pugnat q due persone concurrant simul et semel in dominio  
 vel jurisdictione unius rei. Unaquidem in universitate totius:  
 alia vero in singularibus rebus. Textus est secundum Iuristas in l. 1. §.

per hanc. el. 2. ff. de reivendi. Ubi grex in universo pot esse in do  
 minio directo a licuius: et tamen singularia capita illius gregis  
 sint in dominio directo alterius. et per illum textum de terminat  
 Bartholus q imperator dicebatur esse dominus mundi quando erant  
 reges ei subjecti. et sic intelligit. l. de pccatio. ff. ad. l. Phot. de  
 Jactu et. l. bene azenoue. C. de quadrie prescrip. Tamen dominia  
 et jurisdictiones regum singulorum et res alie particularium apud  
 proprios dominos manebat que adquisierunt iuste idem tenet Bartho.  
 in exvagan. ad reprimendum in verbo: totius orbis: et in principio  
 ff. de pcc. et angelus. et Joa. de pmol. in l. si heredes servus. ff. de lega. 1. et  
 alexan. in l. 1. C. unde legi et sic limitatur. l. possideri. §. ex co  
 no. ff. de acqm. posses et. l. sicut certo. §. si duobus vehiculum. ff.

Bartholy.

angelus  
 joan. de pmola.



commodati que dicunt qd due persone non possunt esse dominij  
 vnus rei in solidum. Que verum habent si Ambus essent in particu  
 lari simul. vel in vniuersali simul hoc est in vna et eadem specie  
 dominij. tamen si alter sic dominus vniuersalis vel in vniuersali.  
 in vbiis spetioibz alter vero particularis vel in particulari et sic in diuersis specie  
 stat duo habere bus: bene compatitur: sicut patet in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend.  
 vniuersum vnij rei.

§. 9.

**P**er hunc igitur modum compatibilia sunt Jurisdictiones et  
 Dominia regum nostrorum hispaniarum et regum natiuum illig  
 orbis vniuersi et singularium. Quia Reges nostri habent supremum  
 dominium et simile imperatorie Jurisdictionem vniuersalem  
 ceteri aut reges et domini naturales singuli in regno vel regnis  
 et dominij suis: habitatorum singuli in rebus proprijs per respectum  
 ad vniuersalem tenent inferiorem jurisdictionem et dominium imme  
 diatum absqz eo qd inuicem tot dominia repugnent. **E**xem  
 plum huius in promptu est: qd rex quilibet in suo regno habet dominium  
 et jurisdictionem in qualibet re scilicet ad regulandum et protege  
 dum eam. Dux vel comes dominium et jurisdictionem obtinet infe  
 riorem. Agricola vero si possidet civiliter et naturaliter dominium habet  
 directum: et utile. Si aut civiliter tantum et alius naturaliter  
 ille habet directum. Emphyteota vel usu fructuarius siue feudata  
 vniuersa circa vniuersa habet duntaxat utile. Unde sunt plura dominia circa eandem  
 rem: nec tamen sibi inuicem repugnantia quoniam diuersarum  
 specierum sunt. Ut ex dictis apparet et vbiis occurre ad ea que iuriste  
 notant. d. l. possideri. §. ex contrario. **D**e huiusmodi ergo suprema  
 et vniuersali jurisdictionem et dominio velleit summus pontifex in pre  
 factis verbis cum dixit cum omnibus illarum dominij et juris  
 dictionibus etc. Nam siquidem concessit regibus nostris naturalibus  
 in fidei favorez.

Compatibilia sunt  
 dominij regu nos  
 troz in illo vbi  
 cu dominio re  
 gum natiuum il  
 lius orbis.

plura dno circa  
 eade re no in  
 sibi repugna  
 tia.

Oba bulle alex. 6.  
 cu illaz dno in  
 tolligenda ead  
 ad jurisdictio  
 nez vniuersale  
 in fidei favorez.

aut



aut regibus et dominis et singularibus et personis reliquit et co  
firmavit ea que ad eos pertinebant iure gentium et naturali: licet ali  
qualiter diminutam et restreictam iurisdictionem magis tunc recognoscere  
habebant reges nostros in dominos superiores et universales. Et sic  
non tam libere remanent sicut ante et hoc potuit fieri in fidei  
favorem non alia de causa pro ut supra et probatum. Unde res  
fringenda est illa clausula et moderanda scilicet cum omnibus illarum  
rum dominis et iurisdictionibus etc. / Intelligenda inquam et de  
clausula ad finem et limites rationis naturalis et ne fiant in ju  
vie vel iurium illarum gentium et naturali: ut secum ad illas  
pertineant iure gentium et naturali ut sepe dictum est. ne inde nas  
cantur in iure vñ iura nascuntur ut l. meminervint. C. vñ  
vi. et m. l. omnium. c. de testamentis, et non debent id facere:   
a quo tenemur alium prohibere: et quinos tenet defendere:   
non debet quos pugnare. Ut m. c. Unico ex. de natis ex libe. Ven.  
et. ff. si ser ven. l. alius huic est q. rescripta et quicquid aliud a  
Sede apostolica emanat: semper est inter pretrordum ne aliquis  
ex inde saltem graviter vel enormiter ledatur ut m. c. super eo  
de offi. delega. Ut supra. §. 7. late ostensum est facit cap. Ecce. 99.  
dist. et. c. cum olim de consue. et. c. Emancipia. l. nec avus. Et  
ratio secundum bal. m. d. c. cum olim. Quia concessio ex qua sequit  
aliquid absurdum dicitur concessio captiosa. ff. de transac. l. cum agritia.  
et. ff. de heredi. insti. l. illa in statuto et l. ille aut. Et ideo papa  
non concedit literas cum pre iudicio alieno preterea nihil fieri de  
bet ad emulationem ff. de operi. publi. l. opus et privilegium vñ §.  
non debet usurpare ius alterius ff. de vulga susti. l. ex factu. Nec  
naturalis facultatem impedire ff. de oper. liberti. l. libertas nego  
tiatori. Nec baldus: Item privilegia et concessiones intelliguntur  
fieri sine alterius iniuria. l. 2. §. signis a principe. et. §. meri  
to. ff. nequid in loco publi. et. l. si deam. C. de statu et imagi. l. cu  
filius. ff. de mili. testa. Quorsus aliorum honores non debent  
alijs nocere. C. de statua. et imagini. l. si. Iniquum. n. est aliquid  
ob uno in iuste auferre ut datur alteri. c. non est. i. q. i. et bal  
dus ait q. papa non vult alicui suum detrahi ut l. 2. ff. q.  
sunt sui vel alie iur. Et ideo verba rescripti recipiunt limitationes  
iure

ex hoc et opz ad  
vertere inter pre  
tarda esse donatio  
nes facta anno re  
ge philippo mar  
gari del valle  
in dat dms molt  
fluvijs pascuoz etc  
ut intelligatur ma  
nete dno legiti  
mo iure gentium et  
nali apud veros  
dno et apud pptos.



aperte communi: et omnes clause apposite in rescriptis restringuntur ad inter litigantes. Et licet militaris sit remota appellacione tamen potest appellare omnes quorum inter est preterea potest se opponere omnibus negotium tangit: licet non fiat mentio de illis secundum Bernardum argu. in l. 1. ff. quibus rebus ad eundem iudi. ea unde quibus papa non excetaverit aut ex presertim q non erat intentionis sue iuribus regum naturalium et singulorum personarum derogare aut pre iudicium per talia verba generare.

q insit et sima intelligitur tamen ac si expressis verbis declarasset qm que insunt dicat expressa et si non dicantur expressa et dicta non immutant vel addunt immutant q.

C. de fidei iussu et manda. l. 3. in fi. ff. de condi et demonstra. l. 1. condiciones extrinsecus et ff. de lega. 1. l. 3. videatur Andre de Jher. de prohibi. seu. alie. §. preterea. inter duos fratres. per frede. 7. ead. in prin. Adhuc generale est q forma rescripti non est semper servanda secundum Bernardum videl. qn le daretur ius tertij qui non est nominatus in rescripto quod est mente tenendum. hec omnia videtur in d. c. super eo. Ad hoc habemus vnam legem per magnum Gregorium canonizatum que habetur C. de presib. impetra. offeren. inter sacros canones registratum. 25. q. 2. c. in

rescripta q  
ius sunt et fu  
tanda.

periali. ubi habet q rescripta contra ius elicta omnibus iudiciis precipimus refutari: nisi forte sit aliquid quod non ledat alium et prosit petenti vel crimen supplicantibus indulgeat hec ibi. Ubi etiam est bona glosa. Ex quibus apparet non esse principis intentio nis potissimum summi principis vltis ecclie. pape per sua rescripta nec

no est etia pape  
tollere a regib9  
india et dñis  
sua regna et do  
mina q pa.

per suas gratias et donationes pre iudicare aut tollere ius alterius et longe minus honorem dignitates statusq3 regales pertinentes ad proprios et veros reges et dominos: sine magna et ardua discussa et legitima et necessaria causa et ppea semper provisiones / concessiones / gratie et cetera huiusmodi restringenda sunt limitanda, et inter pretanda taliter: q non ledatur error mitior vel auferatur ius alterius: aut pre iudicium magnum eisdem generetur ut satis evidenter ostensum est. ¶ Cum igitur ad promulgationem evangelij christi per totum illum orbem et ecclie dilatationes



atq; gentium illarum conversionem et salutem: sufficiat in litis  
 reges nros catholicos hispaniarum fore in toto illo indiae  
 orbe summos principes fastigium habentes supreme jurisdic-  
 tionis / potestatis et domini / et quasi imperatoriam dignitatem  
 et auctoritatem super omnes reges principes et dominos / nec  
 non et super omnes reges principes et dominos nec non et super  
 uniuersas nationes habitatas orbis prefati remanenti bus ipis  
 cum suis dominis iurisdictionibus honoribus et statibus regalibus  
 nisi quantum opus fuerit iurisdic-  
 tionem ad perfectum  
 fidei et communitatem utilitatem et non amplius quia tunc cessaret  
 restringendi causa ipsi contrarium diceretur et forte accideret  
 (scilicet) qd prefatam institutionem de regibus nostris et supremum  
 eorum principatum iurisdictionem ut et dominum altum:  
 principes et domini naturales intelligeretur remansisse ipso  
 facto suis dominis / dignitatibus et iurisdictionibus proorsus spo-  
 liati: manifestum et grauissimo et error miserrimo ac proinde  
 intolerabili praesudicio et damno gravari: et per qm qd maximum  
 scandalum apud uniuersas gentes et ppter illos oriturum infa-  
 mia / et horror atq; detestatio aduersus fidem et religionem xpia-  
 nam (vt predictum est) in mentibus eorum generabitur ergo ne-  
 cessario dicta institutio concessio vel donatio et litere aptice  
 siue decretum papale super his emanata debent intelligi /  
 inter pretari et declarari: qd reges et principes totius illius or-  
 bis suis dignitatibus / dominis et iurisdictionibus regalibus sta-  
 tibus et pristinis honoribus et post dictam institutionem ut et  
 potiri semper libere iuxta predicta gaudere habeant sicut ante  
 et si papa in literis suis de hoc nullam mentionem faciat.

solus p papa datus  
 ut tunc regu et alio  
 ruz regulo q po  
 testat restringatur  
 quatenus no sit fidei  
 impedimentum /

sicut de facto  
 ortuz e /

ita sunt veri dñi post  
 concessioes sicut erat  
 ante et si papa no ex-  
 primat in literis /

Alias sequeretur multas et magnas et horribiles absurditates in  
 conuenientia et in humanitates. Et prima erit quod ad bonum  
 et utilitatem illarum gentium prouisum et constitutum est taq;  
 pp fidem verteretis eis in ruinam et in destructionem: contra illud  
 Quod in fauorem alicuius est introductum non  
 quorum est introductum: non debet in eorum odium retorqueri.  
 quod fauore. C. delegibus et ff. eo titul. nulla iuris ratio aut equi-  
 tatis patitur: ut que salubriter pro utilitate  
 huiusmodi introducuntur.

quod in fauore alicuius  
 est introductum non  
 debet in odium tor-  
 queri

canon

d.



ea nos duriore interpretatione contra commodum ipsorum pro  
 ducamus ad severitatem hec ibi. **Argumentum** namq[ue] ab absur-  
 do vitando vel evitacione absurditatis et inconuenientis, scan-  
 dali magni et iniustitie aut inhumanitatis: cum sumatur a  
 discretionem naturali secundum Baldum in g[ra]llo. 29. 3<sup>o</sup> vo-  
 lumini. in penult. colu. et in l. pompinus. 2. et 3. colu. ff. de nego-  
 gesti. et in aut. de nono. l. i. in fi. C. de epis. et cleri. ubi dicit:  
 hic modus arguendi evitacione seu sequela absurditatis est multum  
 utilis et cit[er], hec ille. **Magna** imo maxima esset absurditas  
 profecto q[uo]d religio christiana odio et honori sit infidelibus et a-  
 pud illos de iniustitia et iniquitate infametur: q[ui] blandis dul-  
 citer atq[ue] mansuete nec non donando potius eis r[ati]o[n]em sua[m]  
 eis auferendo inuitandi et trahendi sunt ad fidem. Aqua tamen  
 suscipienda se retracturos tanq[ua]m ad dogmate aut lege irrationabili  
 crudeli in humana hominum deceptiua ratiom[n]i naturali  
 contraria et ideo prorsus iniqua. Quod quidem reddendum  
 in blasphemiam ignominiosam nominis christi nemo sane  
 mentis inficias ibit. Committeretur etiam magna iniuria  
 spoliando innocentes sine culpa et sine causa necessaria et  
 legitima bonis et dignitatibus suisque iuste possident[ur] autori-  
 tate et iuris gentium et confirmata per diuinum. et tunc non  
 procederet Romanus pontifex tanq[ua]m Deus q[ui] est veritas: sed  
 esset nullum de pure quicquid contra fieret. Quod magnum in-  
 conueniens esse quis non videt. Cum non deest vicarium xpi  
 eaque semel decreuit: irrita esse nec de pure posse subsistere.  
**Dicit** n. baldus in libro feudorum de pace constantie. §.  
 in nomine christi q[uo]d ad esse exercitij huius iuris dictionis summe  
 in papa circa statum temporalium papa debet procedere  
 tanq[ua]m Deus q[ui] est veritas unde requiritur causa. Ergo non  
 existente causa cessat iurisdictio. Quia q[ua]ndo causa requirit[ur]  
 tanq[ua]m fundamentum iurisdictionis oportet causa in esse et  
 veram et discussam esse alias iudicium est nullum ipso iure. Et  
 est doctrina innocentij: ex de foro competente. c. cum sit  
 generale. et c. 1. de foro. compe. libro. 6. in nouel. et e. res  
 cripti

arg. ab absurdo vitando est validus in iure

Baldus.

Baldus.

causa requiritur tanq[ua]m  
 q[uo]d fundam[en]tum iuris  
 dictionis /



cripti. c. super literis per Innocen. de offi. delega. c. cum super  
abbatia. hęc baldus in forma. sed hoc esset absurdissimum in  
summo sanctissimo christi vicario. q. vitandum est omnino

¶ Preterea requireretur alia non dissimulanda absurditas scilicet  
quia preberetur infidelibus aduersus nos causa iustissimi bellit  
q̄s contra hostes publicos et omnium malorum et calamitatum  
que ex bellis sequuntur: et teneremur ad omnimodam restituz  
preter grauissima peccata que committeremus ergo ad euitan  
da tot absurda et inconuenientia in iusta et contraria rationi  
naturali et puri diuini: fatendum est omnino summum xpi  
vicarium in predictis apostolicis literis et decreto prefate institu  
tionis concessionis siue donationis ad reges nostros catholicos per  
eandem institutionem concessionem et etc. Priuare Reges et domi  
nos nales illius orbis suis regalibus dignitatibus dominijs et iuris  
dictionibus ceterisq; singulos habitatores dominio rerum suaruz  
nullatenus intellexisse et de hoc que dicta sunt sufficiat /.

daret infidelibz  
causa iusti belli  
¶ nos itaq; q̄ hos  
tes p̄m̄

§. 10.

Quinta Consideratio Reges nostri Hispaniarum necessitate  
precepti atq; proinde necessitate salutis tenentur tam ingressus  
suis primum seu nunciosu suorum in illas indianas partes  
et orbem: q̄s cetera omnia que sibi agenda forent circa gentes  
prefatas ita demum ordinare moderare atq; disponere: quatenus  
sini prefato quem deus et eius vicarius intendunt scilicet pre  
dicationi euangelij et fidei dilatationi et cultus diuini planta  
tioni et animarum conuersioni et salutis conducant siue conue  
niant. Et per consequens omnia illa obligantur naturali et  
diuina lege vitare ac precauere: que finem pre notatum pote  
runt totaliter impedire aut quoquo modo retardare: aut conse  
quutionem illius facere difficiles. ¶ Prima pars probat sic. Cuiusq;  
necessario incumbit aliquid perficere quod ad aliud ordinatur  
sicut medium in finem hoc tenetur in primis attendere vt opus  
suum id est medium sic congruum fini. Sicut faber sic facit gla  
dium vt pugne conueniat: et edificator sic domum disponit  
vt ad habitandum sit apta. Sed aduentus applicatio et ingressus  
in illas

Rex his panietenet  
vi pre in nouo orbe  
dicit qm pedunt ab  
gelij pdicatione ual  
q̄ difficile faciunt /.







lis. dere judi. de quo vide parox. m. c. vi. causis. dere judi. et Angel.  
 in d. l. princeps. et omnes in d. clemen. pastoralis. Quando  
 iste ordo pretermittitur datur facultas a jure cuilibet sede defende  
 di etiam etiam contra fiscum tam de defensione civili et nuncijs prin  
 cipis absqz prius facta fide per literas quibus immutetur orbis  
 quorum inter est de justitia. valentibus aliorum bona capere et  
 tiam que defezuntur ad fiscum quilibet cuius inter est pot. de facto  
 resistere. et in penam non servati ordinis Juris amissio cause  
 ipsi fisco et infertur. ut in l. prohibition. et l. iustas et. l. de  
 fensionis facultas. C. de jure fis. lib. 10. Et hoc merito qz nihil  
 in ordinatum placet juri. ut no. bal. m. c. dilecti. et. 3. de  
 appel. et re. assumitur per alios m. c. Romana. eo titul. lib. 6.  
 Et ob hoc plus dicitur qz commissio facta a papa contra Jurisordi  
 nem inter non subditos vel inter laicos vel forte contra laicos in  
 patrimonialibus non valet. Notat hoc Joanes de mol. in d. de  
 me. pastoralis. Nec pot. tollere ordinem iuditiarium quo ad fream  
 laicorum. no. glo. in clemen. dispendiosam de iudi. et optimum  
 argu. qz qui malo ordine intreat pretermisso aliquo quod facere  
 debuit: putasi consul intret consulatum pretermisso Juramento.  
 de quo m. c. consules de pace consta. in lib. feudo. inde est extra  
 mittendus et puniendus et ut in l. 1. §. necessario. ff. simu  
 liz. ven. n. et in libro fur. de milite vasal. qui contumax est. c. 1.  
 §. si vero. Ubi dicit qz malo ordine factum debet reformari etc.  
 Est aut ordo fundatus in lege naturali et divina qz necessario ser  
 vandi debet in negotio isto ut primus ingressus nostrus sit pacifi  
 cus et iustus progressus. ut infra patebit. Quando itaqz reges  
 nostri ordinem predictum fundatum super jure naturali ad quod  
 servandum precepto divine legis obligat et naturalis. necessario inde  
 proveniet intelligi. media congrua. proportionata et debita tali  
 fini ad habuisse ac per qns ppli. et gentes. habita orbis  
 eius a mali ad audiendum euangelij promulgationem et sus  
 cipendam fidem et christianos et religiosos mores imitandum  
~~euangelij~~ efficaciter probocabuntur: et ita merito hinc conue  
 nienter deduci ad finem suuz dicentur. 2. pars huius §.  
 considerationis que est sequela exprima videlicet qz reges nri  
 vitare te neantur lege naturali et divina omnia que possunt  
 impedire

qn ordo juris nalis  
 no servat. s. ut se  
 tertia ferat pte vo  
 cata dat cuilibet  
 facultas sede defende  
 di. /

nihil in ordinatum  
 placet juri l.

ops de jure nre ut  
 ingressus p rima no  
 vo orbe sit pacificus.

impedire



ad infidelium conversionem  
impediri non potest  
nisi e reges regulos et  
alios nobiles in maiori  
iurisdictione et maiore  
spoliare et tributum  
vires facere quoniam con-  
tra facta sunt et fiunt  
ab his partibus.

quoquo modo retardare aut difficilem facere consequutionem  
prefati finis probatur. i. quoniam omne illud quod actionem  
inconuenientem reddat finem quem deus vel natura ex opere aliquo  
intendunt contra legem naturam vel diuinam esse dicitur. Ve-  
rum si in aduentu et applicatione siue ingressu primo regum  
nostrorum vel nuntiorum suorum in illas indiae regiones  
et orbem siue in progressu i. des. in regimine siue guberna-  
tione aut in aliquo alio eorum que necessario agenda incumbunt  
militibus regibus nostris circa illas indorum nationes contingat  
esse aliquam in ordinationem in iustitiam scandalum vel aliqd  
aliud opus indebitum et non secundum rationem aut contra  
ordinem iuris factum: quod de se natum sit de fide aut xpia-  
na religione infidelibus eiusmodi sinistram vel prauam opi-  
nionem generare: atq. causam fore ut ingentem christianam  
christi nomen propter capitali odio rationaliter mo-  
ueantur: redderent actiones regum nostrorum et eaque circa  
gentes illas necessario eis agenda incumbunt inconuenientia  
fieri et in proportionata quem deus intendit et est ipsa ratio  
naturalis dicitur scilicet. predicationem euangelij et conuersio-  
nem gentium ipsarum nec non quietem et pacem temporalem  
atq. omnimodam utilitatem imo salutem earum. q. Reges  
nostri naturali et diuina lege tenentur vitare ac precauere in  
iustitiam omnem scandalum in ordinationem grauamina  
et cetera omnia que nata de se erunt turbare gentes illas atq.  
scandalum generare in super prauam opinionem et fide et re-  
ligione christiana vel etiam de christianorum moribus mala sen-  
tire: quod totum in offendiculum euangelij cedit atq. in igno-  
miniam nominis christi proculdubio redundabit: et p. q. n. s.  
consequutionem finis prefati non solum retardare vel difficilem  
facere sed impedire totaliter quis precor. v. r. q. dubitabit. Minor  
de se patet. C. Minor vero e. sancti thome in 4. sen. dist. 33.  
q. 1. ar. 1. in corpore et ar. 3. in corpore. Vbi dicit quod illa actio dicitur  
esse contra legem naturam: que non est conueniens finis debiti:  
siue quia de se est in proportionata finis illi: vel quia omnino  
impedit

S. Tho



impedit finem vel facit difficilem aut minus decentem peruen-  
tionem ad finem. Et si actio sit inconueniens fini quasi omnino  
prohibens finem principalem directe per legem nāc prohibetur  
secundis primis preceptis legis nāc: que sunt in operabilibus sicut  
sunt communes conceptiones in speculatiuis. Si aut faciens difficilem  
vel minus congruam peruentionem ad finem ipsum prohibetur  
secundis preceptis legis nāc que ex primis deriuatur / sicut con-  
clusiones in speculatiuis ex principiis perse notis fidem habent.  
Et sic dicta actio contra legem nāc esse dicitur. hęc. s. Thomas. Quid  
probat: quia reges nostri astricti sunt seruari precepta prima  
et secunda potissimum negativa legis nāc atq; diuine alias  
peccarent mortaliter. Prohibentur namq; preceptis negatiuis (ut  
probatum est) impedire directo finem aut reddere difficilem  
finis adaptionem quem deus vel nāc ex opere regum nostrorum  
elicere intendunt. Predicationem scilicet fidei modo quo  
secundum formam a christo statutam fieri debet: conuersiones  
interis et maribus illis de gentium et omnimodam earum vti-  
litatem non solum spūalem sed temporalem cum ab earum gra-  
tiam comodum et fauorem talis concessio siue institutio intro-  
ducta fuerit prout in 3<sup>a</sup> consideratione probatum est ergo re-  
ges nostri naturali legi atq; diuina tenentur vitare ac pre-  
cauere tam in applicatione et in gressu terras illas q; in pro-  
gressu omnem turbationem scandalum in iustitiam etc.  
Et omne id quo impediri vel retardari aut difficilis obtentu  
fieri pot finis huiusmodi: in quibus quidem includi negatiuis  
preceptum nemini dubitandum est: videlicet non facere turba-  
tionem non dare causam scandali non ponere offendiculum  
euangelio: non impedire profectum fidei et conuersionem ani-  
marum: non demiq; ommittere adhibere que prohibere poterūt  
prohibentia et plura huiusmodi que continentur sub negatiuis  
preceptis ipsorumq; vi prohibentur. Q. 2. ratio probatur eadē  
pars secunda per locum a contrariis siue oppositis: qz eiusdem  
est vnum contrariorum prosequi et aliud refutare aut ex-  
cludere ut patet. Medicina enim que sanitatem operatur:  
consequenter excludere egritudinem vi qua poterit conatur. Eius

q; ratio eades  
es disciplina /



dem rationis et est moueri sursum et deorsum. Et propterea de  
contrariorum eadem esse materiam potentiam et disciplinam  
2. de celo. et mundo. 2. De tho. 2. et. 6. topico. 4. et. 8. phis.  
et. 11. metha. et per legistas. l. et si contra infi. ff. de vulga. et  
pupil. et insti. de his qui sunt sui vel alie. ju. in prim. Unde  
tendens in finem quemcumque naturalem duobus mouetur: quorum  
primum e. fuga et amotio eius quod est impedimentum motus  
in finem et a fine facit deuiare. Alterum vero est ad huius et finis  
eius quod est in finem ductiuum et hoc secundum duas partes iustitie  
integrales quibus acquiruntur virtutes scilicet crescendo  
heruicq de gandauo. amalo et faciendo bonum. Ita inquit Henricus de Gandauo  
in suma sua theologie ad. 24. q. 4. et sic patet quod vitare  
contrarium eius quod intenditur et firmis in mortalibus cadit  
sub precepto naturalis iustitie. 13. eadem pars. 2. probatur:  
quia nisi reges nostri predicta contraria inconuenientia et  
prohibentia in suo aduentu et ingressu vel suorum et similiter  
in progressu precauerent aut vitarent: proculdubio forent  
causa priuatiua causa boni cuiusque unusquisque dicitur. et est:  
cui speciali lege puta ex officio vel stipendio incumbit adipisci  
aliquid: et tamen omittit per negligentiam vel incuriam tol  
lere impedimenta rei adipiscende. Sicut Nauta non solum  
tenetur ex officio nauim ad portum ducere: verum etiam pre  
cauere ne nauigando in syrtibus naufragio pereat. Et milites  
condukti: non modo ad defendendam ciuitatem obligantur fortiter  
in conflictu pugnando: sed ad vigilandum et summe ca  
uendum ne ab hostibus per insidias et clanculum capiatur. Sic  
et principes nostri hispaniarum qui magno stipendio ab apos  
tolica sede fuerunt (ut ita dixerimus) condukti et ex speciali  
lege id est ex officio eis incumbit: cauere tenentur summo pre  
atque tollere non qualitercumque sed efficaciter quecumque impe  
dimenta quibus prememoratus finis tolli vel impediri seu et  
retardari valeat. Alioquin si per negligentiam seu incuriam  
omittunt: sine dubio causa priuatiua erunt prefatorum honorum:  
et per quos rei omnium malorum que ob eiusmodi omissionem  
et in

Rex hispanie ex  
off. in iure tenet ad  
lere de qd ob stare  
potest p dicationem  
fidei in nouo orbe



et incuziam in fidei et religionis christiane honorisq; diuini de <sup>magna obligatio</sup>  
 timentum et in animarum predicationem subsequenter. <sup>apud reges hispa</sup>  
 probatur utraq; pars simul: unusquisq; obligatur de necessitate <sup>me circa nouus</sup>  
 salutis ad ea que sunt sui officij ad quod exercendum se obli-  
 gavit et pro cuius exercitijs impensione mercedem accepit. Sed  
 Rege nostri ad exercendum ea que spectant ad officium regu  
 commune et ulterius peculiari quodam iure id est apostoloꝝ  
 officio ad curam habendam qualiter scilicet Xpi euangelium  
 predicatur et cultus diuinus amplietur et nomen redemptoris  
 notificetur vniuersis illis indianis populis in toto illo india  
 rum orbe degentibus eorumq; procuratur salus se obligarunt:  
 et pro impensione huius exercitiij magnam imo maximam  
 mercedem acceperunt. licet sine mercede poterant a sede apo  
 stolica per preceptum obligari ergo tenentur ex vi precepti et  
 necessitate salutis ad predicta duo contenta in hac. s. conside  
 ratione videlicet ad proportionandum: moderandum et or  
 dinandum aduentum et primum ingressum suum vel suoꝝ  
 et etiam progressum id est regimen et omnia alia que sibi agen  
 da forent circa terras et nationes illas orbem illum in habita  
 tes: quatenus fidei predicationi et dilatationi et animarum con  
 uersioni conducant siue conueniant: et per consequens ad pre  
 cauendum omnia contraria q; possunt obuiare his seu illa fide  
 re aut impedire vel et quoquo modo retardare q; bunt. Utra  
 q; n. pertinet ad regis officium vt ex dictis apparet. q; na  
 patet cum maiore per s. Tho. 3. par. q. 67. ar. 3. c. ubi dicit s. Tho.  
 q; unusquisq; obligatur ad exequendum officium quod accipit. Et  
 sup epta. i. ad Thimo. in prologo ait: q; prelati et superiores  
 de precepto tenentur ad ea que sunt proprii officij. Et pot cla  
 rius videri hoc obligatio per exemplum de illo qui assumit aduo  
 candi medicandi protegendu et docendi et sic de alijs ministe  
 rium. et accepit mercedem pro illius ad ministracione aut exer  
 citio vt preobz per legem. qui mercedem. ff. locati: cum ibi no  
 et quod legi et no. in l. Dominus. in princ. et. C. mandati. l.

in re



in re mandata. Minor vero scilicet q<sup>o</sup> Reges n<sup>ostri</sup> peculiari  
quodam iure etiam obligentur et c<sup>o</sup>. Patet ~~hinc~~ tum prima  
ex sua pollicitatione que transiit in pactum statim q<sup>o</sup> papa  
per literas suam illam acceptavit. l. pactum. ff. de pollicita.  
Verba pontificis Unde dicitur in decreto predicto. et in super mandamus vobis  
in virtute sancte obedientie sicut et pollicemini et c<sup>o</sup>. Tum  
2<sup>o</sup>. q<sup>o</sup> ma precepto formali summus pontifex assignavit eos q<sup>o</sup> p  
idoneos ministros inducere velint in celas et habitatores pre  
facti orbis ad suscipiendam fidem ac ~~in~~ imbuerent bonis  
moribus et c<sup>o</sup>. Unde sic addidit sicut etiam pollicemini (et  
nos dubitamus pro vestra maxima deuotione et regia mag  
nam firmitate vos esse facturos) ad terras firmas et insulas  
predictas viros probos deum timentes doctos peritos et experitos  
ad instruendum incolas et habitatores prefactus in fide catholica  
et bonis moribus imbuedum destinare debeatis omnem debi  
tam diligentiam in premissis adhibentis et c<sup>o</sup>. Nec ibi infor  
ma. Vbi patet reges nostros obligatione peculiari ultra eam  
que communis est omnibus regibus teneri ad predicta. Et  
de hoc diffusius disputauimus in n<sup>ostro</sup> tractatu de bello Xa  
lis qui no in probatione cuiusdam corrolarii 3. circa principium  
operis. Quod aut Reges nostri sint quodam modo precio  
condukti ad curam et laborem predictum patet quia magno sti  
pendio magnis muneribus maximisq<sup>ue</sup> honoribus ac ingenti  
dignitate assummo Xpi Vicario ex thesauro eccl<sup>ie</sup> id est ec  
clesiastica potestate stipendiati sunt off<sup>o</sup> videlicet aptoz. hoc  
e<sup>st</sup> dilatandi fidem et conuertendi animas. Est. n. rex n<sup>ostri</sup>  
quidam illaz aptus. Principatu in super temporalis et anto  
nomatice celsitudine Rex videlicet summus super multos  
et magnos reges diuersis quoq<sup>ue</sup> in comparabilibus auri az  
genti ceterozq<sup>ue</sup> metallazq<sup>ue</sup>: gemarum vniou<sup>m</sup> smazagus  
et aliarum idgenus variarunq<sup>ue</sup> specierum: et thesauris tan  
dem in numeris qualia nec numero nec valore nusq<sup>ue</sup> terra  
rum vel gentium fuerunt audita: dum: tamen illaque spo  
ponderunt. et polliciti sunt ad impleant reges nostri catho  
lici/.

quidam sunt mite  
di ad nouos or  
bem/.

fo. 18.

rex q<sup>o</sup>das aptus  
noviorbis/.



S. II.

Preactis quinq[ue] considerationibus suppositis ad obiecti. §. 5.  
 positi plenariam solutionem videlicet q[uod] licet q[ui]ntum ad quoscunq[ue]  
 reges alios de mundo indorum reges et domini sint liberinon  
 recognoscentes superiorem: atq[ue] proinde nemo absq[ue] eoru[m]  
 licentia et bene placito possint citra injuriam intrare regna  
 illa et querere aut scrutari que in illis sunt et illa tollere:  
 non tamen hoc locum habet quo ad reges nostros hispaniaru[m]  
 qui per summum pontificem constituti sunt Illius orbis summi  
 principes et c[etera]. ponuntur sequentes conclusiones.

Prima Gelo.

Intentio summi pastoris animarum fuit reges nostri ser-  
 vare omnino juris ordinem et debitas circumstantias in } in ingressu no-  
 accedendo et ingrediendo per nuncios seu legatos suos re- } ni orbis debuit  
 giones illas et capiendo earum possessionem nec dedit eis } rex hispanie ser-  
 licentiam facendi contrarium. Probr conclusio: per ea } vare iuris ordinem.  
 que probata sunt in secunda consideratione. Quia summus  
 pontifex profitetur se velle divinas et humanas leges servare:  
 et nullam transgrediendi iura divina et naturalia habere potes-  
 tatem. Et est quidam ordo in rebus agendis necessarius et  
 naturalis et similiter circumstantie ut tempus et locus et relique:  
 quibus recte ac congruenter quilibet actus humanus vestitur  
 et habeat bonitatem. Que omnia Divus Paulus comprehen-  
 dit communia (inquit) honeste et secundum ordinem fiant  
 in vobis. 1. ad Corinth. 14. et que a deo sunt ordinata sunt. ad  
 Roma. 13. et e. 10. omnia quecumq[ue] agitis in verbo vel in opere:  
 in gloriam dei facite. Et ad Colosen. 3: idem dicit et addit in  
 nomine domini nostri Jesu christi et de circumstantijs que bonos  
 reddunt actus humanos, habetur 29. dist. per totum. ergo  
 intentio



interitio summi pontificis fructus reges nostri seruant ordine  
iuris et debitas circumsstantias etc. et per hunc non dedit licen-  
tiam eis faciendi contrarium.

2. conclusio.

Ordo iuris necessarius et circumsstantie que naturali ratione  
in hac re oportet seruari continet duodecim partes sequentes

*1. qd incio p ingressu* **Imprimis** pronunctorum regum nostrorum inter quos predica-  
*sit pacificus et modestus* **tores** fidei conuenerunt: aduentus accessus siue applicatio  
*tus.* ad indianas regiones: sit pacificus modestissimus et omni quere-  
 la carens. **Morosus** non repentinus: et per partem illam  
 cuiuscumque prouintie vel regni perquam incolae et habitatores il-  
 lius et principes eorum minus queant turbari. **Ordinata** in  
 quamlibet terram descensio vel ingressus innoxius: ne scilicet  
 prius contingat in terram vel portum nauibus descendere aut  
 egredi: quod habita principum aut magistratus terre illius licentia  
 licet expressa uel tacita **Voluntaria** expressa uel tacita. **Salutatio** et alloquutio humilis  
*regu et magistratu* **et gratiosa** ad principes et populos et singulos qui occurrerint.  
*ad ingressum nec* **Conuersatio** exemplaris mansueta et christiana et ut gratior ad-  
*salutatio* **uentus eorum** eis existat: aliquorum morusculorum ex parte re-  
*notificatio respiciendum* **notificatio** aut significatio te-  
*et queta.* **stina** / queta / suauis / et amicabile / modestissima et animorum  
 audientium conciliatiua morosa et cum temporis interuallo plu-  
 rium dierum successiua: finis siue cause finalis legationis et ad-  
 uentus sui explicatiua. Videlicet ad docendum eos de vno magno  
 et vero deo omnium Domino creatore id est ad predicandum  
 eis fidem iesu christi quem ignorat. **Itum** protutione vel  
 defensione predicatorum et sua alicuius domus factis vel turris  
 subcolere aliquo: Videlicet: morandi vel pluuie siue frigoris  
 aut caloris vitandi gratia cauta constructio. **Quequidem** facilis  
 factu erit. **Deinde** sequeretur exhortatio miti verbo ac dulci  
 et placido religiosorum seu predicatorum ad conuentum faci-  
 endum eorum: id est ut simul omnes vel maiores eorum pri-  
 mo



mo: deinde alij aliquo in loco congreuendi ad audiendum verbum vite conueniant. **P**ost hec aut superueniet discreta distincta seu explicita et salutaris plenaque secundum formam christo datam fidei predicatio: ingressus quoque cum diuino auxilio illorum infidelium in ecclesiam dei catholicam per fidem et sacri baptismatis susceptionem eorumque christi corpori mixtice voluntaria incorporatio. **R**ursum ulterius informatio per eosdem fidei preces de titulo regum nostrorum et ad se recipiendum quasi pro reddenda vice regibus nostris et pro tanto fidei bono recompensa seu aliqua gratificatione in vniuersales principes: et bona que exinde presertim sunt expositio. **T**empestiua discretissima modestissima valde blanda saluberrimaque ad consentiendum prefate institutioni apostolice de regibus nostris exhortatio dulcis ac mitis monitiue et inductio. **P**ostremo habitum ipsorum consensu libero et eiusmodi papali de regibus nostris institutione voluntarie acceptata tractatum cum pacto de modo regnandi: de tributis et de seruitijs regibus nostris exhibendis cum prestatione iuramenti vtriusque partis de comentione et pactis seruandis et similibus.

**N**ic igitur ordo est iuris actus et circunstantie necessarie que obseruari necesse est: ad hoc quate ac recte reges nri hispania ad ipsi valeant summum illius orbis indiae principatus: sine quibus nihil de iure valebit quicquid secus factum fuerit ut patet clarum.

**N**unc ergo ad probationem generalis et singularum illius pactum accedamus.

discreta predicatio.

informatio de rege recipiendo.

probatio ad consensum liberum.

ex utraque parte iura.

Prima pars conclusionis scilicet quod aduentus primus hispanorum cum predicatibus fidei debeat esse pacificus etc. probe.

**P**er preceptum et formam christi quam predicandi euangelium suum statuit. Math. 10. et Mar. 6. et Luc. 10. intrantes aut in domum (inquit) salutate eam dicentes. pax huic domui. Et si quidem fuerit illa digna veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna. pax vestra reuertetur ad vos. Nam omnis saluatio

tatio



aug.  
pax tranquillitas  
ordinis.

remigius.

tatio et bonorum imprecatio. Et tamen in hac salutatione plu-  
rima bona clauduntur. Quia pax est tranquillitas ordinis. Ut  
Augustinus dicit libro. 19. c. de civitate dei. Nullum autem bonum de  
est ubi tranquillitas ordinis ~~est~~ manet. Et secundum Isidorum  
Et primo. est tranquillitas et status quietus et multorum inter se  
ipsos amicitia. Et ideo rex pacificus pia miseratione dispesit  
sibi subditos fore pudicos pacificos et modestos ut de in prohemio  
decretalium. Unde docuit dominus (secundum remigium) pre-  
dicatores legis sue in introitu offerre pacem: ut salutatione pacis  
(res quidem ab omnibus tam amata / tam dulcis / et delectabilis)  
habitantes civitatem castellum vel domum gratis et benevolos  
redderent ad suscipiendum et hospitandum illos gratiose atque be-  
nigne: nec non audirent ad eorum doctrinam libenter aus-  
cultandum.

particula 2.

Omni querela carens.

Quatenus nulla in re nec ipsi duces nec eorum comites vel  
inimici quicquam verbo aut opere faciant unde habitantibus cuius  
libet loci molesti sint aut graues: potissimum eorum que offen-  
dere poterunt honestatem.

particula 3.

Morosus scilicet accessus non  
repetimus et c.

aug.

Quia si subitus vel repentinus esset non careret suspicionem ac per-  
grans turbarentur indigne: quoniam omnia noua insolita / inopi-  
nata et repentina magnam turbationem nata sunt causare:  
quia maxime timentur. Videntur enim esse maiora mala et  
minus remediabilia secundum Augustinum libro 2. confessio-  
num. Omnis namque subita mutatio rerum non sine quodam  
quasi



quasi conspectu contingit ammorum s Boetium libro. 2. prosa.

.i. de consolatione. Nec satis expresse probantur per. l. obseruare. §. anteq. ff. de off. proconsul. Ubi de anteq. fines decreta

sibi prouintie proconsul ingresus sit: editum debet de aduentu suo mittere continens commendationem aliquam sui scilicet vos dili

qui de nobo venit ad prouintias ops p. i. comone faciat habitatores.

go: pro utilitate vestra venio: et similia: significetq. quod si fines sit ingressurus. Plerumq. n. incerta hec et inopinata turbant pro

uintiales et actus impedit ingressus. Hoc etiam cum obseruare oportet. ut per eam partem prouintiam ingrediatur: per quam in

gredi moris est. Et obseruare inquam primum ciuitatem veniet vel applicet. Magni. n. faciunt prouintiales seruare sibi consue

tudinem et huiusmodi prerogatiuas et c. hic ubi Ubi Baldus notat: q incerta et in opinata turbant prouintiales. et q de turbari ciuitas

quando ratione alicuius casus homines relinquunt sedes et ministeria sua. Et q qm debet ingredi in propriam terram vel ciuitatem

(certe fortius in alienam) per loca consueta. Nam si princeps in agro suo cum mittit proconsulem seu gubernatorem ad prouintiam

sibi subditam moderandam: oportet cum omnino seruare q prius q. fines illius prouintie ingrediatur significare aduentum suum

et commendationem sui facere: quo scilicet amore prouintiales prosequatur: et q ad eorum se missum sciant communem utilitates: quatenus beneuolentiam prouintialium sibi valeat conciliare: de

proconsul veniens ad prouintiam ops p. i. significat aduentus suus.

magis ingressus sui et qua parte sit ingressurus pateat: ne habitatores ciuitatum et locorum incerto et inopinato aduentu et ingres

su proconsulis possint turbari: quanto rationabilius et fortius imo longe magis et maxime necessum erit et fuisse obseruari anteq. qm q. nunciij vel legati regum nostrorum agere vel agant vel

egissent. ad hoc q pace mansuetudine ac bonis et xpianis actibus gentium illarum beneuolentiam captarent: nihil mo

lestum aut vnde turbari queant vel quibus dicere aut operari

U Rursum notat Baldus qm vult ordinem turbare tenetur actione iniuriarum et potest et resistit et armata manu: quia nemo tenetur iniuriam pati vel parui pensionem proprii hono

qui turbat vnde res merito repul sas patit qm iniuriam inferit.

ris. ut ff. de postu. l. 1. ad idem refertur alia pars.



Particula. 4.

Ordinata inquamlibet terram descen-  
sio vel ingressus innoxius et quoniam fi-  
at sine licentia habitantium l.

Quis ratio est quod si absque licentia expressa vel tacita intrent  
in terram aut defendere aut praesertim si ab incolis prohibentur  
verbis aut signis vel factis descendere in eam tunc n. inpres-  
sus esset noxius atque iniurius: Unde merito incole turbarentur  
et sic ordo naturalis iustitiae ex parte nuntiorum seu legatorum  
regum nostrorum violaretur: atque prout violentiam incolis in-  
ferrent: et iure naturali licet eis ad arma concurrere: et non  
solum descensionem et ingressum impedire illorum: verum etiam  
tamquam hostiles impetus in iuste in se factos iuste propellere at-  
que severe ulcisci. Potest namque quaelibet gens civitas munici-  
pium siue regnum non recognoscens superiorem aut summum  
gubernatorem illius per statutum aut legem regiam. Si videret sibi  
expedire ad pacem ad tranquillitatem ad malorum morum cor-  
ruptionem vitandam ad defensionem securitatem et conservatio-  
nem status regni vel rei publicae: nequis forensium seu alieni  
genarum seu cuiusque alterius regni persona: regnum vel provin-  
ciam aut civitatem suae ditionis ingrediatur pro quacunque causa  
vel mercimonij vel commutationis/emptionis venditionis aut  
gratia in ibi habitandi Et id quidem rationabiliter ac pruden-  
ter faceret: atque auctoritate iuris gentium et naturalis iustitiae con-  
tarium attentantes. Propter hoc multipliciter ratione auctori-  
tate et exemplis. Prima ratio quia nemini facit iniuriam prohi-  
bendo intralimites proprii territorij et iurisdictionis suae quod iudi-  
cat paci quieti libertati et securitati status et regni seu civitatis et  
gentis sibi subiectae fore necessarium vel etiam utile. et esset stultus  
satis aliam gentem vel civitatem aut regem alterius nationis conquiri

quod quilibet rex aut ci-  
vitas ipsa potest prohibere  
re ingressus alie  
nationis vel ratio-  
ne commercij vel al-  
terius rei. f.



de huiusmodi lege aut statuto vel precepto aut velle sibi eorum q  
alia resp<sup>ca</sup> vel civitas siue rex libere non recognoscens superio  
rem ordinat vel precepit in regno suo reddi rationem. Ve  
de se patet. ¶ Ratio. 2<sup>a</sup>. sit hęc: ad boni et prudentis regis  
siue cuiuscunq; moderatores vniuersalis siue suppremi regni  
vel rei publice non recognoscentis superiorem officium et curas  
pertinet: vt per eius industriam provideatur quatenus obuiet<sup>r</sup>  
periculis et incommodis futuris que toti regno et resp<sup>ca</sup> possunt  
accidere. Sed per aduentum et ingressum forensium et alieni  
genarum in regnum et ingressum vel patriam sue cure commissas  
quacunq; de causa quam preferant: possunt accidere multa pe  
ricula et incommoda regno et regi et toti resp<sup>ca</sup> ergo Rex bo  
nus et prudens neminem recognoscens superiorem si viderit ex  
pedire ad pacem ad quietem ad malorum morum corruptionem vi  
tandam ad defensionem securitatem et conseruationem liberta  
tis regni et sue rei publice: potest statuere vel lege regia prohi  
bere: nequis forensium et alienigenarum siue cuiuscunq; alterius  
regni vel extranee nationis: regnum vel patriam vel prouintiam  
vel ciuitatem sue ditionis ingrediatur vel causa mercimonij etc/  
aut quacunq; alia. Consequencia de se patet. Maior proba  
tur: qm ad prudentiam et circumspectionem cuiuslibet pru  
dentis maxime qm curam gerit multorum spectat timere  
ac precauere in illis in quibus non est determinatus cūctus  
si possunt in malum exitum verti Et ratio huius est: qm  
non solum attenditur quod in presenti est: sed quod esse pot  
aut pot succedere: eo q; euentus sunt in hominum conside  
ratione vt iuriste et tradunt in l. aut facta. §. euentus. ff.  
de penis. et melius est ante tempus occurrere: qm post exitum vin  
dicare. l. i. c. qm liceat vni. se vindi. Et se cuius est preueniri  
vt no. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi. et vi. arma. et in l. vt  
vim. ff. de iusti. et iur. ¶ Minor vero probz. qm si omnibus  
forensibus et alienigenis liceret indifferenter ingredi pro  
quacunq; causa puta comertij mercima etc. regnum vel  
patriam quancunq; aliorum regum vel gentium: posset co  
tingere forenses malo animo ad regnum alienum venire  
fictis causis ostensis explorandi vtilitat. in fir miora terre  
ad



ad tradendum illum in manus hostium. Possent namque de  
 diuersis locis aduicem consideratis vel de vno potenti regno  
 cognita et considerata vel audita terre infirmitate in vnum co-  
 gregari plurime gentes et tunc conuenire magni exercitus contra  
 regnum illud: et sic illud turbare de predari deripere vel  
 seruituti sue subicere. Et hoc proculdubio ad quemlibet nisi  
 mente captus sit potissime ad regem cui cura totius comunitatis  
 comissa est: et prouide circumspectior oportet esse vniuersis: pre-  
 cogitare suspicari timere / precauere pertinet: qm videt homi-  
 nes extraneos in suo regno nisi constet lam diu de illorum  
 intentione ac fine aut simplicitate. Unde quia defensio  
 proprie patet atq3 libertatis eiusdem de iure nali esse nascitur:  
 patet quamlibet gentem vel populum aut illum qui vices illi  
 gerit vt regem posse atq3 iure ipso nali facere debere si vide-  
 rit expedire: inter dicere videlicet forensibus extranee natio-  
 nis quibuscunq3 ingressum in propriam patriam vel regnum  
 donec saltem nouerit qd de talium introitu non imminet pa-  
 trie periculum. Cum quilibet populus liber ciuitas vel comu-  
 nitas rationaliter sibi metuere debeat ne alij nationis extra-  
 nee fortiores se moliantur eam sibi subicere vnde suam libertatem  
 amittant. Est. n. de iure nature quilibet humana societas. (vt  
 alibi latissime adduximus) et per qns omnia necessaria ad con-  
 seruationem dicte comunitatis siue societatis esse de nali iure:

Durandus.

nemo est qui irasciat. Et ob hoc dixit Durandus in tractatu  
 de legibus qd omne illud fieri potest per ipsam comunitatem  
 (supple vcl illum qui eius vices gerit) quod est ad salutem politie  
 et pacificam conuersationem eius hec hec ille. A. Auctoritatibq  
 etiam idem probatur et primo per l. mercatores. C. de comer.

notanda lex.

et mer. vbi lex. prohibet ne mercatoris causa conuersent<sup>2</sup>  
 subiecti Romano imperio cum gentibus et non gratis ne  
 credantur Romani exploratores ardarorum Regnialium.  
 secundum bal. in legis sumario. Vn sic dicit textus.  
 Mercatores tam imperio nro q3 persarum regi subiectos  
 Ultraea loca in quibus federis tempore cum memorata natione

Baldy

o nobis



nobis conuenit munditias exercere minime oportet: ne alieni  
 regni. (quod non conuenit) scrutentur archana hec ibi in  
 forma ergo malum est vel esse potest et suspitio sum civilibet  
 rei publice gentes extranee nationis ingredi alienam patriam  
 ergo Rex vel gubernator vniuersalis vel ipsa comunitas in  
 ipsam ingrediatur. C. 2. probatur per ea que notat. Bar  
 tho. m. l. relegatorum. §. inter dicere. ff. de interdi. et relega.  
 posse scilicet statui quod quis subditorum non vadat ad faciendum  
 mercantias extra territorium vel ad talem ciuitatem per. d. l.  
 mercatores. C. 3. probatur per andream de Iseruia inde pro  
 hibere ingressum vel meatum puta multitudini et exercitui. <sup>rex pot prohibere</sup> <sup>exercitum ne trāse</sup> <sup>ut regni suū et c.</sup>  
 ciuo quia lasciuo argu. ff. locati. et condu circa si. Iustum ha  
 bere causam prohibendi: ut per regnum suū non tanceat li  
 mendo inuasionem terrarum suarū vel alias inuasiones et peri  
 cula per ea que dicit. nume. 20. et. 21. c. Item et vni posse pro  
 hibere ex causa ut scilicet non sciatur secreta regni sui argu.  
 C. de com. et mer. l. 3. b. q. 2. merito vel alia similicaua habete  
 similem rationem. Nam ubi est ratio eadem idem ius. ff. de  
 fundi. l. 1. vbi nollit alienigenas exteros in regno suo con  
 uersari vel manere: ne animos subditorum inficiant. Et e  
 timor iustus et causa talis vera: quia et pot quis prohibere  
 ut aliquis sibi odiosus rem suam non emat. argu. C. de iure  
 emphi. fi. in prim. ff. de actio emp. l. si sterilis. §. si tibi. de con  
 trah. emp. l. qui fundum. hec And. de Iser. in forma. C. 4. pro  
 batur per baldum quem referunt et sequuntur multi: quip  
 pequi super feudis titulo de forma fideli. §. dominus vero. querit  
 an domini terrarum sine causa possint expellere mercatores  
 forenses de suis territoriis: et non recedentibus bona auferre.  
 Respondit quod non nisi ex causa. Venituris aut ad patriam a  
 lienam bene pot interdici ingressus. argu. ff. de usu. lega. <sup>pot mercatoribz</sup> <sup>venituris interdici</sup> <sup>si ingressus.</sup>  
 heres. ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo. et Iusti de rerum  
 diu. §. Illud in verbo: apes et. l. quod. n. de acquir. re. do  
 mibus legibus prohibetur intrare in agrus vel fundos alie  
 nos



nos aut aliquid in eis facere, sine lic<sup>a</sup> dominorum et mi-  
 nus contra eorum voluntatem: ob quod traduntur a docto-  
 ribus dicta iura in argumentum huiusmodi et glo. in d.  
 quod n. not. qd possum prohibere intrantem in meo fundo  
 et manu armata resistere. ut ff. ad l. agril. l. quemadmo-  
 dum. circa principium et possum agere in servitum. ff. de in-  
 iur. l. in servitum. §. si quis me prohibeat Ubi habetur qd  
 si quis intrat in alienum fundum intrare invito domino vim  
 turbativam infert. Cum nec sinat res a libere uti. unde in  
 iuram illi facit ergo longe graviozem iniuriam faciunt mo-  
 lientes intrare invito rege alienum regnum vel patriam toti  
 civitati. Idem quod Baldus inquit Iacobus de sancto Grego-  
 rio in tractu. de feudis. Et exemplis quoqz divine scripture  
 predicta roborantur. Nam Genes. 42. legimus Joseph. in-  
 posuisse fratribus ut eos terreat tanqz in iuriosum dilectum  
 morte dignum contra regnum egyptiorum commisissent. vos  
 (inquit) speculatores estis ut videatis infirmitate terre venistis.  
 Et subdit: per salutem pharaonis non egrediemini hinc etc. l.  
 et ipsi non e<sup>st</sup> ita domine sed servi tui venerunt ut emerent  
 cibos. omnes filij unus viri sumus pacifice venimus: nec quinqz  
 famuli tui machinantur maliet etc. hec ibi. Et ecce qd malum  
 pot<sup>est</sup> suspicari rationabiliter de adventu ad patriam alienaz  
 forensium: donec de illis et adventus sui causa certitudo et securi-  
 tas habeatur. Quare n. Josephi certus esset ad malum aliquod ma-  
 chinandum non venisse fratres: non tamen absurde aut irra-  
 tionabiliter Illos oburgavit sub titulo qucerant exploratores: quan-  
 do quidem volebat sic eos terreat et affligere: sciens quomqz sapi-  
 entem et maxime providum vniuersalem ac supremum cuius  
 libet regni aut patrie gubernatorem: non abte sed meritis sine  
 posse illis obijcere siue de illis eadem suspicari. Et dicunt he-  
 brei Joseph. induxisse contra fratres in argumentum qd co-  
 gnita terre infirmitate poterant gentes adverse contra re-  
 gnum egypti exercitum magnum congregare ergo providus  
 rex

Iacobus de sancto  
 Gregorio l.



rex et summus regni cuiuslibet moderatoz provide habet re-  
 gno et patrie sue timere a forensibus et extraneis ac per qns  
 merito potest et debet ingressum quibuscunqz in regnum suum  
 vel patriam interdixit quotiens ad pacem ad quietem ad secu-  
 ritatem ad defensionem libertatemqz conseruandam viderit  
 expedire. Idem apparet ex ratione quam prese fezebant prin-  
 cipes et consiliarij regis Amoritazum. 1. paralipomeno. 19. .1. paralip. 19.  
 qui tunc nuncijs David quos miserat ad consolandum Amon  
 super mortem patris essent exploratores terre dixerunt regi:  
 tu forsitan putas qd rex David honoris gratia in patriam tuam  
 miserit qm consolarentur te. Nec animaduertes qd ut explorent  
 et investigent et scrutentur terram tuam veniunt ad te ser-  
 vi eius etc. Nam licet Amon et serui vel consiliarij eius  
 in humaniter fecerint et graviter peccarent contumeliogra-  
 vissima affligendo nuncios David in hoc qd calcaverunt et ra-  
 derunt eos procedentes tunicas eorum usqz ad nates: et per  
 qns magnam injuriam intulerunt ipsi David: tamen reuera  
 prudenter et rationabiliter moti sunt ad suspicandum et ti-  
 mendum ne forte aliam regni essent exploratores. Nec tene-  
 bantur verbis pacificis et officioris nunciozum David credere  
 cum possent dolosa et ficta seu deceptoria mendacia esse: et  
 per hunc finem iustum iuste poterat rex Amon et sui  
 precipere Nuncios David vt exirent de regno suo recta via  
 vt non ingrederentur in aliquas vides ne viderent terre  
 infirmiora quibuscunqz nimis additis. Quod si contra facerent:  
 non injuria punirent illos Non tamen potuit Rex Amon  
 vel sui per solam suspicionem punire: Ideo male et contra ratio-  
 nem fecerunt. Unde David iuste movit bellum contra eos  
 propter injuriam sibi et suis irrogatam ergo quelibet gens aut  
 ciuitas vel Rex qui curam habet reipn non recognoscens supe-  
 riorem potest prohibere per statutum vel per legem regiam  
 si viderit expedire ad pacem ad securitatem etc. ne quis fo-  
 rensium in proprium regnum vel patriam ingrediat pro  
 quacunqz causa etc. et punire contrarium facientes auctoritate

Juris



Juris gentium et naturalis ergo bene ac iuste possunt id facere  
*indiane nationes potest prohibere ingre-  
 sum hispanorum.* indiane nationes, ergo descensio vel ingressus nuntiorum ve-  
 gum nostrorum inquamlibet orbis illius partem: oportet esse  
 Ordinatam et sic innocens: et de licentia principum et domi-  
 norum seu magistratum terre voluntaria. Sin secus factum  
 fuerit: iure optimo tanq[ua]m aduersus publicos hostes possunt exi-  
 re armata manu et non modo resistere ac prohibere acce-  
 sionem et ingressum: Verum etiam promissa et iniuria et iniuria  
 seu violatione imperij et iuris alieni exercere ultionem. Nam  
 inter omnes vniuersi orbis gentes naturalis illa omnibus  
 hominibus permissa immo concessa est defensio qua vim et  
 iniuriam non modo nobis sed etiam patrie propinquis et socijs  
 illatam propulsamus: et etiam quaecunq[ue] communitates vel res  
 publice libere cum habeant iurisdictionem omnimodam mixta  
 et mixtum imperium quem admodum sunt iste. ut §. 5. visum  
 fuit et infra videbitur vlciscuntur. Probauimus hic latissime in  
 nostro libro. 2. de vniuersa vocationis modo omnium gentium ad  
 veram religionem in corollario. 4. incidentali et in tractatu de  
 bello X. aluquino.

§. 13.

Particula §.

Salutatio et alloquutio humilis  
et gratiosa etc.

Uidelicet ut iustum debitumq[ue] honorem et reuerentiam  
 principibus et dominis seu locorum siue populorum  
 magistratibus exhibentes animos eorum alluciant et conci-  
 lient: et sic reputentur viri pacifici et humani. Consequen-  
 t. n. homines in exordijs verborum suorum maxime ad  
 ignotos



ignotus ex urbanitate salutatione uti: ut imprecatio bonorum  
 que per salutationem fit sit eis locutionis initium. Judicatur  
 aut rudis et inurbanus qui salutatione beneuola non utitur.  
 Un jam saluatio quasi necessaria est inter homines ex con-  
 suetudine in exordio loquutionum: et ideo christus induxit  
 apostolos ut ipse preuenirent alios in salutando: quia virtus  
 est prius honorem impendere q̄ recipere propter quod ad Rom. 12.  
 dicebat apostolus. honore vos inuicem preuenientes (id est) q̄libz  
 studeat prius honorare alterum q̄ honoretur ab eo. sic dicit  
 Chrysostomus homiel. 32. super. Math. Nolite cogitare qm̄  
 doctores estis idcirco spectandum vobis esse donec illis saluatio  
 ab illis vobis afficiatur: sed precedite eos honore primiqz  
 salutate. hoc ille. Et q̄ regibus infidelium debeatur et a fidelibz  
 honor et reuerentia late patuit supra in consideratione prima.

Particula. 6<sup>a</sup>.

Conuersatio exemplaris mansueti  
 et christiana. et c. 1

Quoniam bene viuendi norma et rectis operibus opus est / videbuntur conuadi  
 delegatis. l. 2. c. 9  
 ut gentes que deum ignorant lucrifaciamus: et sic finis pre-  
 mittere ti adeptione regis nostri quibus id incumbit  
 perferentur. Efficaciora. n. sunt opera christianorum  
 et si pauca sint ad infidelium auersionem: q̄ verba q̄stū  
 cumqz persuasua existant et plurima. Quinimo nihil op̄  
 esset verbis si vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Unde  
 chrysostomus super primum capitulum genesios homiel. 3. chrysost.  
 ita inquit: neqz. n. deus vult ut christianus se ipso tantum  
 contentus sit sed ut alios ediffiet non per doctrinam solu notanda hic qua  
 nec sit vita exē  
 plaris christiani.  
 sed et per vitam et conuersationem. Neqz sic nos inducit  
 in veritatis viam: ut in vita curam. Nam neqz tan consideran-  
 tur eaque a nobis dicunt<sup>r</sup> q̄ que a nobis aguntur. Et ut scias  
 rem



rem ita se habere. licet infinites tantum philosophemur ver-  
 bis et de patientia disseramus et cum tempus fuerit eam ope-  
 ribus non demonstremus: non tantum proderunt verba quibus  
 nocebunt opera sin aut. et post verba operum specimen ex hi  
 buerimus digni habebimur quia ad monemus alios eorumque per  
 opera adimplemus: quia et christus illos beatos dixit inquit.  
 beatus qui fecerit et docuerit. Math. 5. vide quod opus propositue  
 rit: et postea doctrinam. Atque adeo precedente opere: et si  
 non sequatur doctrina: sufficiunt opera ipsa luce clarius  
 ad docendum eos qui in nos respiciunt. Vnde igitur omnibus  
 modis consideremus ut prius operibus doceamus et postea  
 sermionibus: ut ne et nos audiamus a beato Paulo. Tu qui do-  
 ces alium te ipsum non doces. Et cum volumus admonere alios  
 ut aliquid ex his que necessaria agat honeste: prius studiamus  
 et nos hoc ipsum agere quo nobis et maior sit loquendi fiducia:  
 et omnis nostra cura sit in animarum salute. Et quomodo po-  
 terimus. Las ciuias carnes refrenemus etc. hec christus in  
 Nox nam siquidem quem primi regum nostrorum nuntij  
 ad partes indiarum illas opus tenere ut ordo necessarius in  
 cas mteandi seruetur: ponit apostolus plene ad Thesalonicen-  
 sis 2. capite inter cetera inquit. Vos testes estis et deus  
 quod sancte et inculpate et iuste et sine querela vobis qui creditis  
 ad firmus: ita ante sicut post conuersionem vestram ut  
 dicit glosa inter lineas etc. Quam sancte (scilicet) quo  
 ad deum secundum eandem glo. et secundum Alphanasium  
 (hoc est) omnia factu necessaria seruat modo erga deum  
 pietate et cultu ad implentes. Secundum autem Anselmum quod  
 sancte: quod tum ad puritatem mundissime conuersationis fue-  
 rimus vobis. quod iuste (scilicet) quo ad proximum faciendo de-  
 bita et non faciendo indebita. Secundum inter lineam.  
 Vel secundum Alphanasium: hoc est: nemini pecunias flagi-  
 tando inferentes in iuriam. et sine querela absque  
 cuius

omnia notanda  
 vide christi  
 hom. 23. ad po-  
 pulum

Ad Rom. 2.

Paulus.

prius modus habet  
 deus a xpiano in  
 infideles.

Alphanasius.

Anselmus.



cuiusdam offensione. Vel secundum Anselmum q̄z  
 iusto q̄tum ad equitatem erga proximos seruandam  
 faciēdo debita et q̄z sine querela (id est) q̄ innocenter et irre  
 prehensibiliter vobis: quia nihil fecimus vobis unde possētis  
 conueniri de nobis: vel sine querela fuimus vobis q̄ numq̄z  
 questi sumus de vobis dum inbecillitatem vestram portarem  
 taliter fuimus conuersantes vobis (id est) ad utilitatem v̄rā  
 sicut ipsi scitis et ē. et in posteriorum eptā ad Thesalo. c. 3.  
 ait Anselmus super illud ipsi scitis et ē / Non est opus vt  
 exponam vobis eam traditionem quā scitis eam. scitis videlz  
 quomodo q̄i recte volunt ambulare: debent ambulare p̄  
 viam per quam nos ambulamus id est exempla nostra sequi.  
 hec ille. Polycarpus autē b̄ti Joannis euangelista discipulis  
 in eptā ad philipenses conuersationem vestram considera  
 tes irreprehensibilem ingentibus vt ex bonis operibus ves  
 tris et vos laudem accipiatis et dominus in vobis non blas  
 phemetur. Ue autē homini illi per quem nomen domini  
 blasphematur. Patet igitur forma p̄ambula tenendi  
 infideles ad christum vita scilicet sancta et conuersatio e  
 xemplaris operibus virtuosis refulgens. atq̄ sine offensione  
 cuius piā et omnimode quāqua ex parte irreprehensibilis.  
 Namq̄i docere alios intendit p̄mittere debet verborum  
 suorum exemplaria opera vt magis opere doceat q̄ sermone:  
 sicut apostoli q̄ prius vite exemplis docebant: deinde verbis.  
 Eūn potius ne verbis quidem erant opus cum clamarent  
 opera. Et vsq̄ adeo eorum opera vitam sanctissimam gerere  
 testabantur q̄ nemo carperet profectū eorum vitam sed p̄  
 dicationi derogabant secundum Chrysostomum Deniq̄ p̄  
 dicationis causa tanq̄z seductores ac magis calumnias sus  
 tinebant. Ipsorum autem vitam nemo fere vnq̄z fuit q̄i  
 vituperare presumerat. Quo circa nullus vnq̄z apostolis aut  
 fornicationis aut impudicitie aut auaritie crimen obiecit:  
 sed

nullus fuit q̄ vitam et  
 conuersationes ap̄toz  
 nō puauerit s̄z p̄  
 dicationi contradice  
 bant



nota quod aptus  
nullus objecit cui  
men impudicitie  
vel auaritie s3 so  
lum seductores  
dicebantur

sed tantum modo seductores appellabant que solum ad dogma  
refertur. Qui n. fuerit vite fulgore conspicuus et illis ve  
rendus sic necesse est: quippe veritas ipsa quoque ora obstruat  
inimicis. Nempe n. qd eos maledictis et opprobrijs impetifas  
non sit qui in reprehensibiliter viuunt audias sicut christus  
luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra  
et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Quernadmodum  
denique nemo obscurum diceret solem ne siccus quidem fuerit:  
erubescat quippe optimis hominum aduersari. Ita et eum  
qui nimis fuerit decore conspicuus atq3 morum honestate illus  
tris: nullus profecto culpam presumit. Ita igitur viuamus  
ne nomen dei blasphemetur agentibus: neq3 vero humanam  
aucupemur gloriam: neq3 iterum ut pessima opinione carea  
mus quod bonum ac rectum est faciamus. verum in utroq3 mo  
dum honoremus in quibus lucetis (inquit ad philipen. 2) quasi  
luminaria in mundo. Idcirco nempe nos ille eligit ut simus  
quasi luminaria ut veluti fermentum euadamus et magis  
tri. ceterorum efficiamur: ut veluti angeli cum hominibus  
versemur interuis: ut tanq3 vivi cum infantibus et pueris:  
quasi spuales cum animalibus: ex contubernio nostro in fletia  
illi lucra conquirant ut semina simus ut fructum latissimus  
afferamus. Nihil opus esset verbis si in hunc modum vita  
nostra sanctitati luce fulgeret. Nihil magistris opus eet  
si virtutis probus alius preferemus. Nemo profecto gentilis  
esset: si ipsi ut oporteret christiani esse curaremus: si dei  
monitis ac scitis obtemperaremus si in iurias per pessis vires  
non referremus si maledictis lacessiti benediceremus: si pro  
malis bona redderemus. Nemo esset ita fera bellua ut non  
statim ad cultum vere religionis accurreret: si videret  
hec ab hominibus fieri atq3 ut discas ita esse vnus q3 factu  
erat Paulus et tam multos ad dei atraxit doctrinam.  
Si omnes essemus huiusmodi quot terrarum orbes atra  
hore

no esset opprobis  
si esset opera e  
templaria.

non esset gentilis  
si nos viuere  
mus xpiane.



here et ipsi possemus. Quippe discipuli semper doctorem vitam  
 intuentur atque quidem videntur nos quoque eadem secum appe-  
 tere eadem concupiscere: honores atque primatus ambitum  
 querere: quam illi christianam religionem poterunt admi-  
 rari. Vident ecce reprehensibilem christianorum vi-  
 tam terrestres animos atque in humum abjectos pecunias non  
 secus quam se ad mirari. Imo et longe amplius mortem simili-  
 liter perhorrescere paupertatem pariter metueret morbos  
 eadem impatientia tolerare claritatem atque potentiam non  
 minusquam se amare auaritie gratia se ipsos concidere ipsi obsequi:  
 Unde ergo credere illi poterunt: fortasse ex signis. At ista  
 modo non sunt. An vero ex sanctitate vite? Sed illa plane  
 perierit. Num vero charitatis causa? At nusquam aliquod ipsius  
 vestigium cernitur. Quo circa non modo peccatum nostrorum  
 verum et alieni incommodum cuius ipsi in causa sumus rationem  
 profecto reddimus. Resipiscamus tandem, evigilemus queso:  
 celestem interris conversationem preferamus. Dicamus cum apto  
 quia conversatio nostra inanis est ad Phil. 3. certamen interris  
 atque pugnam subeamus. At fortasse inquires: fuerunt magni  
 apud nos vivi. Sed occurreret gentilis et diceret. Unum id cre-  
 dam. Nec enim vos eadem genere videoque illos fecisse predi-  
 catis. Nam si huiusmodi narrationibus passim credere oportet:  
 possemus et ipsi prophetas adducere in medium magnos atque mi-  
 rabiles vite ac morum gratia. Ceterum ostende mihi pau-  
 lum aliumque Joannem. Nunc enim vel pro obolo occidere  
 parati singuli estis. Pro terrena gleba innumeras excitatis li-  
 tes etc. Nec omnia Chrysostomus super capitulum 3. prima  
 ad Thimo homel. 10. Et super 1. ad Corinth. homel. 4.  
 Item Chrysostomus. Itaque notatur. Hoc igitur pacto prosterne-  
 mus si pugnemus: et longe magisquam verbis vite rectitudine  
 eorum animas percellamus. Hoc maximum certamen  
 est: hic syllogismus certissimus qui per opera efficitur. Nam  
 et si frequenter verbis philosophamur: non tamen propterea  
 vitam exhiberemus meliorem nullum nobis lucrum accederet.

preclara vox  
 Chrysostomi.

notandas

Non enim.



Non. n. verbis attendunt homines sed opera perscruta  
 tur et inquirunt. Tu prior verbis tuis obtempera deinde  
 alios ad maneas. Etsi dixeris innumera esse in futuro seculo  
 bona: et tamen tanq̃ non sint presentibus rebus afflixus  
 videberis: operatua q̃ verba magis mihi persuadebunt. si  
 quidem cum alienarum rerum captivam amissa Imma-  
 dice deplorantem multis alijs obnoxius c̃riminibus ammaducto  
 qua tatione tibi resurrectionem credam? Et licet hoc non dicant  
 cogitatione tamen et animo versant. Et hoc est quod prohibet  
 ut infideles christianam fiant. Neocemus igitur eos vite r̃re exemplo.  
 Multi n. indocti viri hoc pacto philosophorum merites percu-  
 lerunt tanq̃ re ipsa philosophiam ostenderent: vocem tula ela-  
 viorum bonitate vite et p̃tra emittentes ipsa. n. q̃ lingua vohe-  
 mentior est. Quũ ergo dicam quod non licet succensere cuiquam de  
 inde gentilem innumereis malis afficio: quo pacto verbis ipsam  
 allicere poterō cum operibus abigam? Quam obrem eos vite inte-  
 gritate alliciamus. et per eorum animas edificamus ecclesiam  
 et huiusmodi comparemus divitias. Nihil ē. n. quod anime possit  
 equiparari: non univrsus quidem mundus et c̃. l. Et in hōme-  
 lia. 9. de superstitione ad populum Antheiocensem. Interim  
 vero illud charitati vestre necessarium est dicere: sicut glori-  
 ficavit Deus per tantam nos creaturam: itaqueq̃ per puram  
 ipsam conversationem glorificamus. celi enarrant gloriam  
 Dei: non dicentes tantum sed tacentes et vite claritate oīa  
 in admiratione adducentes luceat. n. lux vestra coram homi-  
 nibus ut videant opera vestra bona: et glorificent patrem  
 vestrum qui in celis est. Cum enim vident infideles te fidelem  
 compositum modestum ornatum esse mirabuntur et dicent.  
 Vere magnus christianorum Deus quales constituit hoīes  
 qualis ē qualibus fecit. Angelos ex hominibus ipsos reddidit.  
 Siquis contumeliam fecerit: non conuinciantur. Siquis per-  
 cussit non negreferunt prohis qui leserunt orant. Immi-  
 cum non habent. Itam seruare non nouerunt mentiri  
 non didicerunt et c̃. l. et super Math. 5. in opere imperfecto.  
 Sic luceat lux vestra et c̃. l. Qui docet (inquit) et facit quod  
 docet

Verba aurea

Chrysostomus

notandum.

in confessione his  
parorum in no  
uorbe

docet



docet: vere ille docet. Qui autem non facit quod docet non ali-  
 um docet, sed se ipsum condemnat. Et melius est facere et non  
 docere q̄ docere et non facere. Quoniam qui facit etsi tacuerit  
 aliquos corrigit sub exemplo. Qui autem docet et non facit: non  
 solum neminem corrigit sed adhuc multos scandalizat. *Quis n.*  
 non moueatur ad peccandum si viderit ipsos doctores pietatis  
 peccantes. Ergo per illos quidem doctores qui docent et non faci-  
 unt blasphematur deus. Ut puta si bene doceant sacerdotes et  
 melius viuunt videntes gentiles dicunt: benedictus deus quita-  
 les habet seruos. Vere n. eorum deus verus est deus. Nisi n.  
 ipse esset iustus nunq̄ populum suum circa iusticiam sic teneret.  
 Nam disciplina *hij* ex moribus familie demonstratur. Si autē  
 bene doceant et male conuersentur videntes dicunt. Qualis ē  
 deus eorum qui talia agunt. Nunquid sustineret eos talia  
 facientes nisi conseruaret operibus eorum. Vides quomodo de  
 per malos christianos blasphematur. Nec pot̄ dominus bonas  
 opinionem habere: qui malam familiam habet. Un̄ dictum est  
 ad populum dei. Nomen n. dei peccos blasphematur inter gen-  
 tes Esay. 52. et Ezechiel. 36. et ad Roma. 2. hęc ex chrisostom  
 mo. poteramus plura alia testimonia tum ex ipso chrisostomo  
 tum ex Hieroni. Cypria. et Augusti. aliorumq̄ doctorum  
 sanctorum doctrinis in confirmationem presentis conclusionis  
 particule scilicet necessariam esse conuersationem exemplarem  
 mansuetam et christianam etc. Ad hoc ut ingressus hispa-  
 norum maxime primis in partes illas et regna indiaum  
 ordinatus sit et iustitia non careat. Ad didimus in p̄cula  
 ista fieri debere aliquoz munusculoz ex parte regis nostri  
 oblatio: quatenus gratior et acceptabilior sit rebus et populis illis  
 eorum aduentus quia his que allectiua sunt videlicet incipient  
 affici ad reges nostros et sic disponi ad facilius prebendum  
 consensum cum de suscipiendis eis in vniuersales dominos  
 secum tractabitur. Rursus proderit hec munusculorum  
 oblatio ad predicationem libentius audiendam et fidem sus-  
 cipiendam: sicut legitur de beato siluestro q̄ muneribus  
 et

ve illi per que scan-  
 dalus venit pro  
 dolor sunt in nu-  
 meri in nouo orbe

ad vertendus  
 in eade verba  
 scribenda.

no pot sine la-  
 chrimis hoc legi  
 ab illo qui fuit  
 in nouo orbe.



et dicitur Iudeos et alios infideles ad fidem veritatis prouocabat l.

§. 14.

Sequitur in Gelone  
particula. 7.

**N**otificatio tempestiua quæta et c. de causa sui aduentus  
et legationis et c. Tempestiua quidem scilicet loco et tem-  
pore personis et alijs circumstantijs seruatis iuxta eaque  
Philus docet. 3. Et hinc. q. virtuosos operatur quod opus et se-  
cundum q. opus et q. et quomodo et circa quod opus. Et  
presertim expectandum et seruandum est in hoc articulo:  
ops primo disci  
de linguam ipoz  
in dorum l. q. prius idioma vniuscuiusq. provincie vel loci hyspani  
siue nuncijs prefati addiscant et sciant: ita q. plene intelli-  
gant gentes ille quecuq. proposita fuerint eis: alias nihil  
fiet de iure in l. 1. §. fi. in s. colu. ff. de verb. oblig. et ibi  
no. ludou. Roma. et institu. eo titulo. §. in hac re. Et Anto.  
de butrio in c. fi. de eo qui mit. in posse. cau. re. ser. 2. col.  
ibi verbis aperitis et clavis ita q. intelligantur. ff. de insti. l.  
sed et si. §. 1. Notat felinus in rubrica de q. st. per uol. colu.  
Quod autem hec notificatio debeat esse quæta id est libera ijs  
ad intellectum et rationem acaligine per turbationum que  
causantur ex passionibus anime patet: quia sicut sydera  
consueta nobis lucere et terram germinare cessant hoc fa-  
cere propter interpositionem nubium obscurarum: sic intel-  
lectus et ratio que lucent et illuminant hominem in u-  
gnitionem veritatis: impediuntur caligine per turbatio-  
num. Et sicut aqua maris manente clara quemadmodum  
vitium visus noster pot. eam penetrare atq. videre  
que sunt



que sunt sub aqua. Sed si turbatur per ventum tunc obstabit vi  
 sui. sic animus quietus hominis non impedit discursus  
 rationis nec iudicium intellectus ad intelligendum que pro  
 ponuntur. Utrum si moueatur et turbetur aliqua molestia  
 vel angustia timore tristitia: dolore seu et ira vel aliorum  
 que dant causam perturbationibus statim obsistat discursui ra  
 tionis et iudicio intellectus. Similiter sicut aqua currens demon  
 strans altis libere ac recto tramite procedit: et per obstaculum  
 lapidis qui resoluitur de monte impeditur ne recte procedere va  
 leat: ita ratio libera non impedita recte discurret et intelle  
 ctus recte iudicat. Si autem afficitur motibus alicuius pertur  
 bationis impediuntur ratio in libertatis discursu: et intellectus  
 in libertatis cognitione. Ita dicit Boetius lib. i. meto. 7. de  
 consola. Nubibus atris condita nullum fundere possunt Sydera  
 lumen etc. Tu quoque si vis lumine clarescere. Utrum: tra  
 mite recto carpere celum gaudia pelle / pelle timorem etc. Ex qui  
 bus apparet quod ad hoc quia que volumus aliquibus proponere et  
 per suadere audiantur et intelligantur: oportet rationem et  
 intellectum audientium in quiete esse et tranquillitate ac procul  
 aquacumque molestia et re alia que perturbationem in animos ita  
 sufficiens accusare. Si autem proponerentur cum tumultu vel fote  
 cum armorum estrepitu / aspirante terrore cum nimis vel fla  
 gellis: aut modo imperioso / aut duriter et quacumque alio vi  
 gore siue per turbatione: manifestum est quod humana mens  
 terroribus consternitur / clamoribus / metu et verbis durio  
 ribus ~~consternitur~~ / clamoribus / metu et verbis turbatur tristatur  
 affligitur. refugit proinde audire / videreque sensus exterior  
 interior quoque ut fantasia seu imaginatio turbatur: caligat  
 consequenter ratio intellectus non apprehendit nec pot su  
 mere firmam intelligibilem amabilem seu delectabilem: sed tris  
 tabilem potius et odibilem. Propter quod voluntas non solum non  
 potest affici vel amare: sed potius odire illos que proponuntur  
 et indignari propter terribilia illa que iniuste vel homini per in  
 tellectum stimat pati ergo necesse est quod ista notificatio sit qui  
 eta

Boetius

no verberibus et terro  
 re agendum e cum indos  
 ut eos ad fides trahere  
 magis potius est.



eta et libera ab omni caligine per turbationem etc. Ex his pot  
 elici probatio illius quod sequitur scilicet qd hec notificatio debeat  
 esse suavis et amicabile et c. Patet hoc totum. i. quia regularis  
 rhetorice prima est: qm nult aliqua aliquibus proponere atqz  
 illa eis persuadere: opus habet animos eorum conciliatos sibi  
 imprimis habuisse: per quod benivolos attentos et dociles reddat  
 Secundum Tullium. 2. de oratore. Conciliantur autem per  
 vocis lenitatem et vultus pudoris significationem mansuetudi  
 nis ostensionem placida verborum comitatem queqz maxime bene  
 volentiam parant sed eundem ciceronem. Tum. 2. quomodo  
 naturalis quo creatura rationalis apta nata est moveri / duci / di  
 rigi / persuaderi et trahi ad quodcumqz bonum est blande dulciter /  
 leniter atqz suaviter moveatur / ducatur / dirigatur / persuadatur  
 et trahatur propter arbitrij libertatem. scilicet: ita ut motus ille sit  
 illi lenis dulcis et suavis et conmans: quatenus sua sponte auscultet /  
 audiat / consideret / acquiescat et quicquid virtutis fuerit acceptet  
 et faciat. Unde dicit Eccli. 6. Verbum dulce multiplicat amicos  
 (Sicut de beatis Clemente et Sylvestro legimus: qd propter dul  
 cedinem eloqij et mansuetudinem gratiosam inconuersando  
 erant dilecti non solum a fidelibus sed et a gentilibus et iudeis)  
 et sequitur in adducta eccli. ante: et mitigat inimicos. hoc ap  
 paruit in Gedeone: qui viros Ephraim concitatos curtea: miti  
 gavit per verbum dulce iudicium. Et Valerius maximus lib. 5.  
 loquens de laude humanitatis ait: humanitatis dulcedo etiam  
 efferata barbarorum ingeria perrepat orbosqz et tunc hostium  
 mollit oculos ac victorie insolentissimos spiritus flectit: nec illi  
 arduum ac difficile est inter arma contra via inter districtos  
 cominus mucrones placidum iter reperire. Vincit itam. pres  
 termit odium: hostilemqz sanguinem hostibus lacrymis per  
 miscet et c. et huius rei ratio est generositas animi humani.  
 Nam secundum Senecam. Animus humanus magis ducitur  
 qd trahatur. habet. n. mens humana quoddam sublime et altum  
 ac impatiens superioris sed delectatione cuiusdam subijctive

ecclesias. 6.  
 clemens et sylvestro di  
 lecti et ubi fidelibus pp  
 mansuetudines colloqui

Valerius

Seneca l.

reverentie



reverentie seu lenitates. et c. Debet igitur notificatio illa sua  
 vis et amabilem esse et modestissimam et animorum audienti  
 um conciliatam. Ulterius diximus esse debere morosam et  
 cum temporis intervallo plurium dierum successiva: quod patet pri  
 mo: quia cum ea significaturi sunt de fine causa finalis adventus  
 sui scilicet ad adorandum eos de vero deo domino creatore omni  
 um et Deum pertinentis que fides predicat catholica: sint eis nunquam  
 audita nec cogitata quidem: tam nova: tam admiranda ut pote  
 transcendens omnem naturae facultatem: manifestum est indi  
 geere tractu sive mora temporis non minima. Immo magna  
 et maxima ad cogitandum de his que proponuntur: Utum sic ha  
 beant in veritate ut adveniunt. Nam cum ista que de deo gen  
 tibus illis proponi habeant non sint manifesta intellectui  
 statim esse vera: sed oportet precedere aliquam rationem ad  
 credendum ea esse vera: itaque intellectus non concedit ea esse vera  
 nisi velit: Unde per voluntatem et ex proposito ratiocinatus fuerit  
 circa ea sufficienter. Ratiocinari autem secundum magnum Dion  
 sium 7. de divi. no. est procedendum per quendam discursum de  
 uno intellectu ad aliud: et sic ratio vel intellectus vel homo per ratio  
 nem vel intellectum cogitat: inquirat: et discursit de uno in aliud  
 eorum que audit antequam assentiat vel assensum prestat. quod rationes  
 ille indigent intervallo et processu non parvi: temporis: ad hoc  
 quod ea que sibi proponuntur audiant: cogitent: inquirant: discurs  
 rant: et intelligant. Quare notificatio cause adventus hys parorum  
 seu regum nostrorum legatorum ad gentes illas: necessario moro  
 sa et plurium dierum successiva et non repentina debet esse.  
 Item 2. ea que de fine vel causa finali adventus hys parorum gen  
 tibus eiusmodi sunt in principio applicationis sue ad quemlibet lo  
 cum vel provinciam proponenda: sunt insolita et inconsueta et  
 nunquam audita et incognita nec somniata ut predictum  
 est. Sed insolita et inconsueta naturaliter iudicamus minus  
 digna auditu et receptione tanquam minus nota et extranea a ratio  
 ne: et sic minus vera propter hoc quod sunt inconsueta secundum Phil  
 2. Matha. Num si qua dicantur nobis preter ea que consuevi  
 mus

2. ratio.



mus audire non videntur nobis similia in veritate hisque con-  
suevimus audire ergo ad hoc q̄ digna videantur audite & simi-  
lia in veritate hisque consuevimus audire oportet apud nos esse  
consueta. Ea n. que sunt consueta libentius audiuntur et faci-  
lius recipiuntur. Sunt n. consueta iucunda. Dignum namq̄  
videtur nobis vt ita dicatur de quocunq̄ sicut consuevimus  
audire. Illud n. quod est consuetum est nobis magis notum  
et iucundum. Cuius ratio ē quia consuetudo vertitur in natu-  
ram. Sed consueta esse non possunt nec consuetudo generari  
nisi ex frequentatis actibus & ad frequentationem actuum  
necessario requiritur temporis et pluriū dierum interval-  
lum. q̄. vt ea que de causa aduentus hispanorum: scilicet de deo  
et de preambulis ad illud et sub sequentibus: in principio gentib⁹  
prefatis notificanda sunt esse possint eis consueta et iucunda et  
sic videantur eis digna audite et similia hisque verasunt vel con-  
sueuerunt audire libentiusq̄ audiuntur & facilius recipiuntur:  
oportet q̄ notificatio prememorata sit morosa et pluriū dieꝝ  
successiua: in quo temporis intervallo frequentes et frequentis-  
sime illa proponantur / repetantur / explicentur / distingantur:  
quatenus ex tam frequentatis actibus paulatim in cordibus audi-  
entium generetur quedam vis et dispositio siue consuetudo iucunda  
vel habitus que causat inclinationem quasi naturalem qua hu-  
manus animus iucetur & disponatur: ita vt prefata eorumq̄  
consueta audiri / facta sunt sibi iucunda: videantur consona ve-  
ritati et per q̄s digna vt audiuntur credantur / et recipian-  
tur. Patet igitur qualiter supra dicta notificatio de causa et sine  
aduentus hispanorum fecunda et runcianda gentibus et habitibus  
toribus illius indiaꝝ orbis esse debet tempestiua quiceta (id est)  
libera quantum ad intellectum et rationem a quacunq̄ perturbati-  
one: suavis et amicabile modestissima et animorum audienti-  
um conciliatiua morosa clemq̄ cum temporis intervallo succe-  
ssiva & non repentina.



## Particula 8.

Interim protutione vel defensa predicatorum fidei et  
 nunciatorum regum nostrorum: quod debeat fieri aliqua turris  
 vel domus aliquantulum fortis pretextu alicuius necessitatis  
 cuius constructio erit facillima factu: cum non oporteat illam  
 facere ex lapidibus politis et quadratis: sed sufficit vel terrea esse  
 vel signea ob imbecillitatem et penuriam armorum indigentiam.  
 Melius tamen esset ex terra fabricare illam cum tecto ligneo te-  
 gulis cooperito propter periculum combustionis. Hoc. n. facere  
 ad prudentiam pertineret ducis nunciatorum regum nostrorum  
 quatenus periculis et incommodis obvietur futuris: et ideo  
 melius est ante tempus occurrere: quam post exitum esse. Ut di-  
 ximus supra. Non. n. statim credendum est extraneis et igno-  
 ris nationibus: licet preseferant armoris signa, pacis et amicitie.  
 Quamquam deinde indianis populis antequam nos ex operibus nostris co-  
 gnoscerent timendum nobis nullatenus erat: quoniam nihil  
 fictitium nihil fucosum gerere erga nos interius exteriusque scie-  
 bant: sed simplici corde magna cum admiratione Júbilo et ala-  
 cuitate paterna quadam humanitate hospitalitate miracum  
 omni genere beneficiorum recipiebant et afficiebant nos etc.

## Particula 9.

Exhortatio mihi verbo  
 ac dulci etc.

Uidelicet ut in aliquo loco congruente conveniant ad audien-  
 dum



dum ea que fidei sunt etc. Hec particula satis apparet exprobatio-  
ne precedentium presertim illarum (scilicet) salutatio et alloquutio  
humilis: et conuersatio exemplaris et notificatio tempestiua quie-  
ta suavis amicabile modestissima et animorum audientium  
conciliatiua morosa etc. Simili censura opus subsequens par-  
ticula (scilicet) predicatio fidei distincta discretæ et secundum  
formam a christo statutam regulari: quatenus effectus desiderat  
(hoc est) conuersio animarum illarum cum diuino adiutorio sub-  
sequatur: per ingressum eam in sacra sanctam ecclesiam catholi-  
cam susceptu sacri baptismi sacramentu voluntarie.

### ¶ Particula 10.

¶ Informatio per eosdem fidei pre-  
ces de titulo regum nostrorum. etc.

Que quidem informatio de titulo que sit necessaria pbr. i. sic  
allegans titulum singularem secundum iura debet probare et si  
sit filius cum presumat pro herede vniuersali. l. siue possidetis  
et ibi Bal. C. de proba. sed ex parte regum nostrorum allegat  
titulus singularis et extraneus nouus et mirabilis quod ad illos  
populos. Illi vero populi et reges eorum presumunt immo sciunt  
et sciunt se esse veros dominos et iustos illius orbis possessores  
ergo necesse est quod probetur eis ex parte regum nostrorum  
titulus quem ad dominium vel iurisdictionem illarum terrarum  
pretendit se habere: atque plene doceantur de titulo. ¶ In sequentia  
clara cum Maiore. Minor probatur: quia quilibet possessor  
presumitur credere se dominum. Cynus in l. cum alienam. C.  
de flega Bartho. in l. 1. si de momen. posse. sue. appel. 1. colu.  
possessor habet verb. extraneo. possessor n. habet pro domino si possidet tanquam  
pro domino dominus glo. Bartho. et docto. in l. quidam. nisi. ff. de condi.  
insti. C. 2. sic probandi onus incumbit ei qui asserit vel dicit. l.  
actor. C. de proba. l. ei qui. ff. eo titul. l. qui accusatore. C. de e-  
dendo

Cynus  
Bartho

possessor habet  
pro domino

endo  
C.



dendo. Item agens et quicumque allegat vel agit debet probare  
 quod allegat. d. l. actor. et ibi Cynus Bartho. et Bal. quod verum  
 est. nisi habeat presumptionem pro se. l. cum incumbit. et ibi Bartho.  
 ff. de probatio. maxime specialem. l. cum in debito. eo titul. Itaq  
 si actor non est in quasi possessione iuris quod asserit. l. circa euz  
 per Bartho. eo titulo. Item est verum et si reus habeat violentiam  
 possessionem. d. l. circa eum. et l. vis eius et ibi Baldus in verb.

quero hic nunquid agens. C. de probatio. Sed reges nostri  
 in negotio isto non habent presumptionem pro se respectu illo  
 nec sunt in quasi possessione iuris quod asserunt se habere:

p badi titulu ony  
 incumbit regibz  
 inspane qz no erat  
 in qsi possessione  
 neqz e presuptio  
 pro eis l.

Illi vero populi et orbis totus non est nec sunt in possessione vio-  
 lenta sed propria debita vera naturalis et pacifica ergo pro  
 bandi onus eius quod asserunt incumbit regibus nostris.

Et per qns debent docere de titulo ad probandum et fundanduz  
 intentionem suam qn clara. C. Preterea generale broce  
 dum est q qui petit dominium in aliqua re: oportet q probet

qui petit dngz multi  
 qua re opz ut pbt

C. de rei vendi. doce. de alie. iudi. l. r. et Innocen. in C. in te  
 quatuor de maio. et obedi. C. Rursus 3. sic quando aliquis petit  
 debitum aliquod debitore negante probatio incumbit petenti:

signanter qn adversarium non est fundata intentio: quia nega-  
 tiua non debet probari per negantem sed per adversarium in  
 casu dicto scilicet qn eius non est fundata intentio. Bal. in. (Bal. 9)

l. si ex caritione. 2. colu. sed reges nostri si peteret debitum  
 scilicet obiam et subjectionem ab illis populis indiae orbis:

et ipsi negant ut merito possunt cum sint liberi ut ex dictis  
 constat constabitqz lucidius inferius neqz reges nostri habent  
 suam intentionem fundatam populi vero ipsi sic ergo nega-  
 tiuam illam per reges nostros debet probari. Sg hoc e docendo  
 de titulo ergo terentur reges nostri docere et fidem facere  
 gentibus. eius modi de titulo quem pretendunt se habere ad vni-  
 versale dominium et principatum orbis illius. C. 4. sic  
 probatur per arg. a maiori: quoniam si habens possessionem qn  
 habet ius in contrarium cogitur ostendere titulum ergo multo

melius



melius et fortius qui neq[ue] Jus neq[ue] possessionem noscitur hac te-  
nus habuisse. Nam ubicunq[ue] Jus resistit alicui volenti aliquos  
q[ui]s contendit in  
p[ro]prietate alterius  
us ops probet. et ostendere et docere de titulo sicut in volente prescribitur.

Ut est casus in c. 1. de prescrip. lib. 6. et sic et si habeat pos-  
sionem rei sine qua non pot[est] prescribi. de prescrip. c. illud.  
16. q. 1. §. pot[est] et in regula sine possessione lib. 6. facit ad  
propositum nostrum textus satis a como datur et notandus in  
c. cum persone de privileg. lib. 6. ubi subditi episcopi sicut  
se exemptos ab ep[iscop]o propter juris resistantiam quam habent  
contrase: oportet ante omnia ostendere titulum sue excep-  
tionis. q[ui] si non ostendant et prescriptionem probare nitantur  
probatione prescriptionis precedente: cum de jure communi or-  
dinariorum intentio sic fundata: sua Jurisdictione uti possunt  
libere in eosdem donec de prescriptione canonica fecerint plenas  
fidem / q[ui]s illis in possessione exemptionis. Ex quo inferre  
ille textus secundum aliquos q[ui] lite pendente possit iste possessor  
contra quem facit Jus commune turbari et violenter expelli  
sicut qui possidet vi aut clam aut precario. Ita dicit Anthon-  
zanus ibi. ii. notabili. Cogit[ur] ergo quis ostendere quod titulo  
possidet vel petit aliquam rem quando est contra Jus commune:  
alias poterit illa privari si possidet. vel suam repudiari petiti-  
onem si possidendam petit. Ut patet ex predictis et tenet Bal.  
in l. 2. 2. colu. C. quomodo et q[ui] judi. dicens q[ui] q[ui] preter-  
dit titulum sue possessionis: quem refert et sequitur alvarotus in c.  
1. in prin. de controuer. in vesti. Si q[ui] quis in rei possessione  
existens q[ui]n[on] habet Jus contra se cogitur ostendere ti-  
tulum: sequitur fortiore ratione Reges nostros hispaniarum  
teneri ostendere titulum quo fulti peterent a gentibus et po-  
pulis illis recipi in Dominos et sic obedientiam etc. Cum  
nec possessionem nec proprietatem nec aliquod Jus in et ad  
regna illa et gentes noscantur hactenus habuisse: atq[ue] pro-  
inde resistat eis omne Jus commune male humanum et divi-  
nam

Anthonzanus.

Bal.



*num.* quod tamen fauet totum et patrocinatur incolis et ha-  
 bitatoribus orbis illius iuste possidentibus illa. Maus. n. est rei  
 possessionem habere et legitime ius assequutum fuisse: qz solum  
 modo rei titulum pretendere in re aliena. ¶ Ad propositum fa-  
 cit quod dicit Lanoz: post Innocen. in. c. post electionem. de  
 conces. preben. qz contra agentem possessoris excipitur defec-  
 tu potestatis in conferente vel in eligente. et talis exceptio ad-  
 mititur ut in. c. cum olim. de caus. poss. et proprie. Non. n. debet  
 alicui possessio dari quam nunqz habuit: nisi prius constet de  
 suo legitimo titulo. l. fi. C. de edic. diui. adrif. tollen. Reges igitz  
 nostri nunqz habuerunt possessionem neqz proprietatem illius  
 orbis anteqz orbis ille detegatur. Item possunt optimo iure ges-  
 gentes ille cum dominis et regibus suis excipere de defectu po-  
 testatis in summo pontifice qz tradidisset dominio et iurisdictioni  
 ac seruituti alterius extranei regis: Reges magnos et gentes ac  
 populos et regna libera libertatem iure nature et gentium possi-  
 dentes. Unde patet: qz reges nostri tenentur docere nationes  
 illas de titulo quem preferunt ut ordo naturalis et iudicialis  
 seruetur ut in glone dicitur.

§. 16.

Particula. ii.

¶ Post ostensionem de titulo. qz modestissime blandissime disce-  
 disime atqz dulcissime quo ad fieri poterit debeant gentes  
 et populi ac reges eorum persuaderi / moueri et induci bonis ra-  
 tionibus dulcibus / blandis verbis et suauibus inductionibus: osten-  
 sis commodis que inde adepturi sunt ad hoc qz prefate insti-  
 tutioni papali de regibus nostris in vniuersales principes et do-  
 minos illius orbis voluntarie consentiant etc.

¶ Probr. hec particula multipliciter sed me miranda sunt ali-  
 qua



qua prius supra de ducta / quorum primum est: qd apud illos infide-  
 les et similes iuste ac legitime dominia et iurisdictiones principa-  
 les et regales dignitates esse iure nature et gentium confirmata p-  
 Jus divinum utriusq; testamenti. Ut probatum fuit supra. §. 5.  
 et. 6. in prima consideratione. Et secundum memorandum est  
 qd gentes ejusmodi ac populi cum suis regibus et principibus sunt vel  
 illegentes habebant *erant liberi quando eas invenimus: nullum extra se recognoscentes*  
 sua regna et do- *superiorem habentes dominium meum mixtum imperium et*  
 minia et nullus *omni modam iurisdictionem atq; omnia iura principis que apud*  
 recognoscebant *nos tribuimus imperatori ut patuit ubi immediate allegatum*  
 superiorem } *et patet expressius infra. §. 25. Glone. 4. Tertium qd*  
 summus pontifex per dictam institutionem vel provisionem de re-  
 gibus nostris: non intellexit privare Reges et dominos naturales  
 suis dominis vel iurisdictionibus Juribus aut dignitatibus etc.  
 Quia nulla sub fuit causa ut late probavimus in 4. et 2. conside-  
 rationibus. Et si ergo memoratis pbr particula hec primo sic.  
 Eiusmodi promotio vel institutio papalis de regibus nostris in  
 superiores illius orbis et super reges naturales illius: affert magnus  
 iudicium eorum libertati cum sint liberi nullum recognoscentes  
 superiores ergo oportet qd bonis rationibus suadeantur moueantur /  
 et inducantur ad hoc qd dicte institutioni vel promotioni consentiant  
 libere ac eam ratam habeant. Ans patet: quia cum populi et  
 communitates ille dando eis novum regem super suos naturales reges  
 vel dominos: essent deinceps duplici onere gravate eo qd cogerentur  
 duobus immo pluribus dominis servire et servare fidelitatem. Unde duca-  
 rent induplicem ac duriorum servitutem. Similiter Reges et principes  
 eorum agerentur habere super se dominum et recognoscere superiores  
 quod homini est regibus liberis manifestum est qd tales promotio sive  
 institutio papalis de regibus nostris super illum orbem affert magnus  
 iudicium libertati utrorumq; subditorum (scilicet) et regum natu-  
 raliu vel dominorum: Est. n. quedam servitutis species. Ut. ff.  
 de vsuffruc. l. sicutus. §. 1. et. l. cum servum. ad fi. C. de serva fugiti.  
 et qui sub est iurisdictioni alicuius dicitur qua si servus illius. Et iuris  
 dictio

Bonis rationibus de-  
 bet persuaderi in  
 cole navi orbis ut  
 regem admittant

promotio sive papa-  
 lis institutio in no-  
 vo orbe de regi-  
 bus hispanie affert  
 per iudicium li-  
 bertati incolaz.



dictio alicuius dicitur quasi seruus illius. Et Juris dictio comparat<sup>r</sup> domino secundum Baldum m. d. l. cum seruum. et no. glo. d. l. Si enus et m. c. cum olim el. 2. de priuil. Ibi ius professionis quod e<sup>t</sup> contrarium libertati et m. c. re det de Symo. in quibus omnibus no.

Jurisdictio equi parat<sup>r</sup> domino. qui subditur jurisdictioni alterius est tanq<sup>m</sup> seruus equi.

Juramentum fidelitatis vel fidelitas et subiectio ipsa est quedam seruitus. Vt no. Bal. in l. si aquam. C. de serui. et a qua plu.

Baldus.

Seruitus aut<sup>m</sup> est qua quis domino alieno contra naturam subijci tur ut in l. libertas. ff. de statu homini. et in sti. de iure persona.

Seruitus

S. seruitus et. 2. distin. 6. ius gentium. Nam in hoc differt seruus a libero: quia per seruitutem adimitur quod alias ei compete bat scilicet libere agere ac de sua persona et suis posse ad libitum dispo nere. Unde liberum dominium non habet quis super actum circa

quem cum illum vult exercere impeditur aliquantulum. Omnis n. co tra dictio vel prohibitio siue temporalis siue perpetua contra dicit libertati ut in d. l. libertas. Unde diffinitio libertatis e<sup>t</sup> nalis facultas (id est) possibilitas eius q<sup>uod</sup> cuiq<sup>ue</sup> facere libet nisi quod di aut iure prohibetur. Quando aut<sup>m</sup> vis aut necessitas infertur quecumq<sup>ue</sup> facere libet facultas agendi vel disponendi libere tollitur et sic libertati preiudicatur et per consequens tristitia et flebilis causat<sup>r</sup>.

Sic dicit philosophus s. Methea. loquens de violento et necessario quod videndum infert: quod omne violentum est triste siue flebile. Quod probat per dictum cuiusdam poete dicentis q<sup>uod</sup> omnis res necessaria siue violenta est tristis siue lamentabilis. Necessitas n. est q<sup>uod</sup>da m violentia. Vis (inquit) poeta me. facere coegit id est necessitas. Ubi s.

Theom as. de violentum est quod est preter naturalem reclinatio nem rei nalis. Et est impediens propositum in prosecutione motu voluntarij iam incepti. et prohibens et. ne incipiat. Unde est impediens voluntatem contristatur. Tristitia n. est de his que nobis volentibus accidunt. Omne aut<sup>m</sup> triste est odiosum et horribile quia natura semper in quantum pot<sup>est</sup> fugit triste: ap petit n. delectabile secundum phm. 8. et hic. et huius mundi est spiritus: que pp hoc dicitur mortis imago secundum Polycra tum. lib. 7. c. 17. et ff. de regul. Jur. l. quot altinet. et extenuem malorum omnium non solum bello sed morte repellendum est se cundum



cundum Tullium in philippicis. c. 2. et abstinere in catholica  
libertatem nemo bonus nisi cum anima simul amittit. Cum  
igitur instituendo super nationes illas et reges earum alium  
regem vel dominum deducantur in servitutem qua eis admittit  
libere agere et de proprijs personis et statibus et suorum ino  
posse disponere ad libitum: unde liberum dominum non habet  
super actus circa quos cum illis voluerint exercere vel publice  
id est in bonum commune suarum rerum publicarum q̄tum  
ad reges et dominos: vel privatim (id est) unusquisq; privatim  
ad bonum privatim impediuntur: atq; proinde omnia hec sint  
contraia voluntati ut pote contra inclinationem naturalem ergo  
magnum et enorme perjudicium prefata papalis institutio  
de regibus nostris affert contra libertati et ideo merito eis  
erunt hec flebilis et valde contristantia. Et sequentia vero  
probatz quia persone aut communitates libere siue liberi p̄p̄ti  
possunt sua sponte se subijcere aliorum iudicio, vel quibus na  
tioni q̄s vis non sint superiores. Unde per pactiones que inter  
venunt inter homines potest quis obligare personam suam  
et conditionem facere deteriozem. l. cum scimus. C. de agricul.  
et censu lib. ii. et l. i. §. 1. et l. juris gentium et pretorum ff.  
de pactis. et. c. 1. et 2. extra de pactis. Idem est regis et qui  
buscuq; communitatibus liberis ut in l. ut prejudicium illud  
patienter tollerare velint bonis rationibus et suavis inductio  
nibus sunt mouendi suadendi et inducendi et certe rogandi.

**C. 2.** Item sic probz. Regna illa et populi totius illius orbis  
sunt vel erant iure nate et gentium liberi tempore quo eos in  
venimus reges vel principes habentes non recognoscentes extra  
se aliquem superiorem de iure nec de facto ut sepe repetitum  
est ergo sine consensu libero et beneplacito eorum non potest eis dari  
alium novum regem ergo ad hoc qd eiusmodi consensum libere prestet:  
oportet illos dulcissimis mansuetissimis imo simplicibus verbis  
suavis inductionibus et bonis rationibus moveri induci et per sua  
deri. Et sequentia. 2. patet. i. probz. tum i. quia fieret eis <sup>violente</sup> ~~libere~~  
gravis

sine consensu libero  
regum et populorum  
non potest novus  
rex in novum de  
poni.



gravissima in iuria et damnum enormissimum ut pote subiceremus  
 Reges et regnicolas dominos et subditos servitute contra naturale ius  
 et rationem. Tum 2. quia esset talis principatus violentus usurpatus  
 et tyrannicus. Ut probatum. l. q. i. c. principatus et. C. desacro sa.  
 eccle. l. decernimus. Ubi baldus dicit <sup>quod</sup> provincie que consueve  
 runt Regi per Reges et principes suos dicuntur esse sub eorum naturali  
 dominio (id est) de iure gentium ut. l. ex hoc iure. ff. de iusti. et. iu. et si  
 alius accipiat ibi dominium contra voluntatem regis. (adde et populi  
 iuxta dicenda infra. §. 28.) Ille est tyrannus quia inquit baldus) usur  
 pata dominia dicuntur tyrannides. hec ille in prima. Ubi et addit qd  
 in iudicibus castra pertinentia ad iustos dominos non possunt illa castra  
 concedi per principem siue inuadentes sint private persone siue singulares  
 siue sint comunitates ut in l. 2. C. de fundi. et salti. lib. ii. ubi hoc  
 notatur hec bal. Eandem sententiam tenet in verbis formalibus Angelus  
 de perusio in repeti. l. civitas. ff. de rebus credi.

usurpata dicitur  
 dicitur tyranni  
 des sic baldus.

angelus de pe  
 rusio l.

§. 12.

3. Probatur eadem conseq. prima. quando cumq. ho. liber et fortius liber  
 populus vel communitas habet obligari ad aliquod onus subeundum vel soluen  
 dum aliquod debitum et generaliter quando tractatur de preiudicio potissime mul  
 torum. Opz omnes quos res tangit vocari et consensum liberum ab eis obtineri  
 a quoq. nihil valebit quod agatur. ut infra patebit. sed si super pone  
 retur Rex noster hispaniarum nationibus illis et principibus eoz  
 in regem et dominium. Universalem de iure aut de facto: obliga  
 retur saltem civiliter quoad forum iudiciale vel humanum  
 iudicium ad gravissimum onus et ad solvendum debitum intole  
 rabile: ut pote recognoscere in regem et dominum: hominem qui  
 tem ignotum sibi, aliorum ex terree nationis et pzopterea suspectus  
 valde: prestare subjectionem. obedientiam reverentiam redditus  
 servitia nova vestigalia ceteraq. regalia iura. que ultimam de  
 die indiem non crescerent: tanq. spuma maris Imo non ut

nota pro illis qui  
 tributa per de  
 bat in servitio mi  
 nezalium l.

in rebus hispania  
 e. videre q. cu. esset  
 moderata illa  
 p. ex ce siva mo  
 do augentur l.

atezza



a terra in celum ardens et cuncta deuorans flama. Unde tracta-  
tur de incomparabili et forte de damno irreparabili ergo oportet  
omnes reges et populos vniuersos illarum rationum vocari et congregari  
illorum liberum ab eis expectari. et obtineri. Sed hunc numerum saltem  
liberum (que qualitas necessario requiritur) prestabunt ergo ut ab  
eis obtineatur opus bonis rationibus: et suauibus dulcibus et melifluis  
inductionibus suadeantur et inducantur. Minor est plura: quia  
cum maior probatur. i. quia notum est in iure citantur seu vocantur  
esse omnes quos negotium tangit debet ab omnibus approbari.  
Peregr. iur. lib. 6. videlicet omnes illi qui leduntur vel quorum  
iuri. de trahitur: vel quibus prejudicium fit. Quibus data est potestas  
a iure naturali et diuino et humano consentiendi vel contradicendi ut  
Sed Baldus in l. Namita de iur. ff. de adoptio. Quod intelligitur  
secundum Innocentium. Et omnes in c. cum omnes de consuetu. Quando  
aliquid est commune pluribus ut collegiatis vel tanquam vni corpori.  
Sed ut singulis vel super iure singulari. Tunc enim opus scire et consen-  
tire singulis alias non valet quod fit a pluribus nisi omnes consen-  
tiant siue simul siue separatim secundum Innocentium ff. de serui. rusti-  
predio. l. per fundum. Et sic Baldus probatur ista distinctio in d. c. cum  
omnes. et in l. in tantum. §. vniuersitatis ff. de iur. diu. et ff.  
de regul. iur. l. aliter aliter. §. referunt. Ubi plene de hoc. Ut ecclesi-  
plures habeat feudum commune et videntur constituere seruitutem  
in fundo opus omnium consensus interuenire: alias defectus vnius red-  
constitutiones in vtilion. ut ff. de serui. rusti. predio. l. receptum et  
d. l. super fundum. et ff. de aqua pluua. arce. l. in concedendo. C. de  
aucto. prestan. l. vlti. ff. de adoptio. l. ita diuis. Vbi dicitur quod  
leduntur Vocandi sunt in confirmatione adoptionis. Et si plures  
habent seruitutem aque ducende ex eo fonte et Dominus velit conce-  
dere alijs cum diminutione iuris primorum: non poterit nisi consensus  
primorum. De his Dynus in d. regula quod omnes tangit  
et glo. ibi. et inno. in d. c. cum omnes de consuetu. Panor. et Jeli.  
ibidem. Et maxime requiritur vocatio vel citatio et consensus om-  
nium eorum qui aliquid interesse pretendunt aut prejudicium timent  
futurum

notanda.

Baldus.

si alius deest qd  
git hō hz vni in  
titubio de modo facta

Inno.  
Panor.  
Jeli.



futurum quocumque ab aliquo populo vel gente petitur obedientia  
 vel subiectio et cetera iura regalia. Manifestum n. est qd haec causa  
 omnes tam magnos videlicet reges et dominos principes proceres et magos  
 etiam seu capita civitatum et populorum: qm paruos et singulos op<sup>o</sup>  
 vocari: et omnes et singuli habent consentire alias nihil valebit:  
 quidquid factum fuerit in contrarium. Nam si in concedendo haudqua  
 aque vocandi sunt omnes qui ius habent et in confirmatione adoptionis  
 eorum de trahitur iuri unius cuiusq; vel singulorum et tractatur de singulo  
 eorum prejudicio et iniuriis per allegatis: qm fortiori ratione vocandi  
 essent et ab eis magnis et paruis voluntarium consensum expetendus:  
 quorum omnium iuri adeo detrahitur qd populi et principes liberi existentes nul  
 lumq; recognoscere superiorem reges principes, et subditi magni et parui per  
 dant suam amabilem libertatem obligentur ad obsequium ad subiectionem perpetuas  
 ad reverentiam reddendam et alia iura solvenda regalia. Praetendunt n.  
 omnes magni et parui. Id est principes et domini: et populi eorum et  
 subditi maximum interesse. Et principes quidem patet: quia dominus  
 temporalis liber existens nulli subiectus: fit servus quoddammodo. Itē  
 si subditi sui alterius dominium subiciantur diminuitur eius auto  
 ritas dominium et potestas simul et commodum. Item subditi eius  
 duplici onere primo multiplici gravantur. Quod est contra rationem  
 naturalem. Unde pot. et debet se opponere pro conservando iure subdi  
 torum atq; opti. ad hoc. ff. de dolo. l. cum quis. et extra. de ordi. cogri.  
 c. 2. et de resti. spol. c. 1. et de appel. c. dilectis in tantum qd ipse do  
 minus bellum movere potest contra dominum temporalem oppri  
 mentem iura subditi sui: si requisitus iustitiam de illo facere negligat  
 vel recusat per cap<sup>m</sup> dominus noster. 23. q. 2. sic. no. Innocen. et hosti.  
 in. d. c. dilectis. et hosti. de tregua et pace. c. 1. et hoc quia interest  
 sua ut subditi non vexentur sui et ne sua iurisdictio violetur nec  
 commodum suum minuatur. Sic summus pontifex in extravagati  
 Joannis primi asserit se ecclesie romane suorumq; fidelium dispendia  
 dissimulare non posse: quin postq; ei cognita fuerint adversus ea  
 oportuna remedia occurrerunt. Unde dominus pot. repetere sub  
 ditum suum ab alio detentum ut possit munera personalia subire. l.  
 de iure. ff. ad municipia. de quo glo. in. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi.  
 et

Innocen.  
hostien.



Imocen.  
Bartho.

et dominus repetit scripturam suam. c. 2. de Jude. et glo.  
in c. auctoritate de preiud. lib. 6. et Panor. in c. dilecti de app.  
lla. circa prin. Item quilibet potest agere pro diminutione sui pa.  
trimonii. Et facilius quis iura sua percipit in re libera et vacan.  
te. qm ab alio possessa. ut in c. fi. de resti. spolia faciunt. nota  
per Imocen. in c. veniens de testibus. et per Bartho. in l. a.  
Diuo. pio. ff. de re. judica. ad Subditurum autem inter est ut eorum  
dominus sit liber et alteri non se subijcere: nec cogantur plures do.  
minos habere. Item sicut inter est dominum non mutare subiectos:  
ita inter est subiecti non mutare subiectum dominum et subijci  
extraneo: et maxime si contingat illuzesse alterius lingue aut  
nationis: quia tales parum solent affectus esse subditis nec  
multum de eis curare. Ut infra patebit. De his Hostien. in c. di.  
lecti de maio et obedi. et ibi panor. et feli. et omnes et in c. fi. coti.  
tul. et Innocentius in c. auditis. de prescrip. Et si dominus ali.  
cuius loci vult subijcere illum locum alieno domino: possunt homines  
loci illius contradicere secundum omnes in. d. c. fi. de maio. et obe.  
et in. d. l. in tantum. C. de app. ff. facit tex. in. d. l. imperiali.

valde notandum quod et si  
rex vel alius dominus  
vellet se subijcere alteri  
regi potius posset con.  
tra dicere et se  
clamare sicut in me  
xico contra dominos  
tingit de Motecuma  
rege et ob id agnis  
de lapidibus inter  
fectus.

in. s. preterea dicitur de prohibi. feudi aliena. per feode colla. 10.  
Ubi singulariter habetur quod dominus feudi non potest invito vasallo do.  
minium in alium transferre: ne iste vasallus cogatur habere alienum  
dominum. Et si decedit dominus pluribus filiis relictis: non tenetur  
vasallus omnibus prestare iuramentum fidelitatis. Sed sufficit vni.  
Quod est menti tenendum secundum Panor. in. d. c. delecti de maio.  
et obe. et facit secundum eundem illud dictum hostiensis. cum allegabitur  
tribus predictis: Ut rex non possit invitis hominibus castrum vel ci.  
uitatem sibi subiectam alicui inferiori subijcere. Et Innocentius in. d. c.  
auditis aut quod sicut inter est domini non perdere vasallum: ita eque  
inter est subditorum non perdere dominum. Quod bene notabis inquit  
Panor. et super glo. puncto textu. in. d. c. fi. quod dominus non  
potest componere super iure superioritatis in per iudicium sub.  
ditorum: nisi subditi consentiant ea ratione quia scilicet subdi.  
torum interest non habere plures dominos vel non mutare  
dominum ut d. l. imperialem et ratione glosse secundum eu.

pot



pot. generaliter colligi qd ubiqueq; subditi possunt pretendere aliquod  
inter esse non ballet compositio facta per solum dominum ipsis subditis  
non consentientibus. (et posset addi) vel ad consensum coactis. Et ecce  
qualiter tam subditorum omnium quam dominorum interest ut in  
questione vel causa prestande. et subjectionis. et ad mittendi aliquem  
dominum in superiorem obligandi sese ad subeundum. onus et onera  
gravissima que ex inde sub sequuntur. requiritur necessario ut volet  
omnes et ab omnibus requiratur et obtineatur liber consensus. cuius oes  
et singulos res sine causa. nec tangat. et per qm ab omnibus et sin  
gulis debeat approbari. Alias indubie quod factum fuerit nullius  
erit firmitatis. Hoc pz pter iura supra inducta per cap. inter  
quatuor. De maiori. et obia. Ubi papa rejicit petitionem cuiusdam  
patrie de constantino positam petentis sibi subijci quasdam ecclias.  
partibus. non citatis quia ubi de obia et subjectione agit. nihil  
attentari debet in prejudicium rei vel possessoris non citati. Ubi  
textus dicit iuris raris ratio postulat ut in eorum prejudicium  
quibus eiusdem ecclesie sunt subiecte nihil ordinemus. de ipso. cuius  
nec citati sint nec conuicti. et c. / In quo etiam cap. ait Inno  
centius et alij doctores post eum qd peccaverimus si ab aliquibus  
obiam. vel subjectionem interim qd subiecti alijs sunt petereimus et  
puriendi sumus etiam si ipsi sponte se nobis subijcerent. Allegat  
cap. placuit. 16. q. 13. Et ratio huius est quia interim factum  
et violentiam et iniuriam alio possessori facimus: donec causa  
sit cognita judicialiter et auctoritate iuris vite inter posita: et tunc et  
subditi subtrahendo obiam possessori peccant nisi prius ab eius obia  
absolvat qd no pot fieri si presens non est ille cui modo obediunt.  
et quia non est contra eum in iusto iudicio actum secundum Inno.  
et Bal. in. d. c. inter quatuor reg. 8. q. vlti. c. non ne. et no.  
per eundem Inno. et alios in. d. c. auditis. Allegat Bal. ad pre  
dicta. ff. de acqui posses. l. iuste. Q Cum igit hoc est suscipere  
regem nostrum hispaniarum in dominum vniuersalem omnes illas  
rationes indiazum. non solum reges et principes populos prouintias  
civitates municipales et loca: verum etiam et singularis personas vni  
uscuiusq; prouintie civitatis municipij et loci tangat: ut pote opz  
omnes

pro illis que in  
nova hispania  
quando immine  
talibus seruire  
bunt /.

notanda pape  
determinatio.

notanda

omnia notanda per illis  
in nouo orbe /  
ex hoc ppat qd las  
comendat yzepar  
tim nose pmede ius  
tificat pua segta  
algeim y selesda  
otro demueno qd snas  
voluntatem



omnes et singulos ad subeundum maximum onus et solvenda  
debita magna obligari: perdere vel saltem multum diminueri  
Et si recte ac prospere res silue. gubernatio cum eis agatur pro  
pria libertate tam regum et principum q̄ populorum et singu  
lorum incolarum: quam quidem totaliter amittere probabilius est q̄  
q̄ minima gaudeant libertatis parte (quod certe certius esse imo fieri  
et nunc esse pro ut rei probavit probatq̄ eventus) prestando sub  
jectionem obedientiam reuerentiam et multiplicia iura regalia: et  
pro inde tractetur de suo preiudicio maximo: quia omnes leduntur  
et eorum omnium iuri de factibus et cum liberi existant eis a  
iure naturali potestas et facultas consentiendi datur et contradicendi  
ergo omnes tam magni quam parui vniuersi populi et persone  
singulares sunt vocandi et ab eis omnibus consensus liberum ex  
quiri et obtineri. Sed hunc saltem liberum (que qualitas id est libertas  
necessario requiritur) nunq̄ prestabunt. ut patet. ex quo et ab eis  
liber consensus obtineatur: oportet bonis rationibus suauibus / dul  
cibus et melifluis inductionibus suadeantur. Quod aut libertas  
in consensu prestando necessario tanq̄ necessaria qualitas requiritur  
tuz probatur per textum valde notabi. in c. ubi periculum. §.  
ceterum de elec. lib. 6. ubi dicit q̄ q̄sbat electio ubi ad im̄tū li  
bertas eligendi. Vbi ponderandum est. verbum libertas requiritur  
ergo in electione vel acceptance cuiuscunq̄ futuri superioris  
vel rectoris a personis liberis eligendi vel acceptandi consensus  
liber. Si ergo adest consensus sine qualitate libertatis non est illa  
electio. instar matrimonij carnalis. Ut in c. cum locum. et  
quod ibi not. de sponsal. et glo. in c. quisquis. de elec. ~~et~~ con  
cordat Bartho. in tractatu de tyranno: Vbi ait q̄ si ciuitas  
habens electionem rectoris et per tyrannum compulsa eligere  
Rectorem: non valeret electio. Unde sententie late ab illo  
rectore essent nulle. Proquo bene facit. l. 2. ff. de iudici. Vbi  
requiritur liber consensus in trans ferenda et subroganda  
iurisdictione. Ex quo etiam inferitur: q̄ si tyrannus ibit ad ci  
uitatem liberam cum exercitu: ciuitas elegit tyrannum in domi  
num t̄oris ferendo nullum omnem iurisdictionem: non valet

libertas requiritur ad  
electionem

Bartho.

quod h



quod tali timore agitur. et per q̄s non valebunt gesta  
a tali tyranno quod firmat Barbo. in d. tracta. de tyranno  
adde hic que notantur ab omnibus in l. decernimus. C. de  
sacrosanc. ecclē. et calderi ḡsilo primo et Anchar. ḡsilo.  
300. Panormi. in c. licet de evitanda. 10. colu. de electio.

## §. 18.

Quarto probatur q̄ sine consensu libero et bene placito illoꝝ  
populorum et regum ipsorum non p̄t eis dari aut constitui  
alius novus rex super reges naturales suos sic. ¶ Auctoritates  
et exempla sacre scripture possumus allegare ad decisionem causa  
rum et determinationem dubiorum ut est textus in c. per vene  
rabilem extra qui fil. sint legit: et ibi no. et in c. 2. de prescrip.  
et in c. cum apostolus. decensib. et de preben. c. cum secundum  
hoc probatur et per duas glo. civiles iuris. Altera in aut. Ut  
iudi: sine quoquo suffia. §. cogitatio in verbo eloquiorum. Altera  
in l. illud. ff. ad l. aquil. bal. in aut. ad hec. 2. colu. C. de vsuz.  
Idem bal. allegat aptum in rubrica. C. de fide instu. Et hoc  
dicunt iuriste verum nisi esset lex contraria diuine auctoritatē  
quia tunc stabitur legi. limitatur tamen hoc: nisi auctoritas  
diuina loqueretur inconuenientibus animam quia tunc non solum  
est superior legi civili. §. finali de secundis nuptijs: sed etiam ca  
nomice vel auditorii canonis. 25. q. 1. c. sunt quidam de hoc vide  
atur. feli. in c. ex parte el. i. 20. colu. de scrip. ¶ Sed in sacra  
scriptura inuenitur ordinatum: ad eo ut in datione vel constitu  
tione noui et summi principis a principio celebranda etiam de  
principe quem deus signauerat. seu elegerat interueniret con  
sensus liber et auctoritas et acceptatio voluntaria populorum:  
sine qua etiam diuina institutio de principe summo effectum  
non sortiebatur ergo sine consensu libero et bene placito illoꝝ  
populorum et regum ipsorum non p̄t eis dari vel constituere  
Regem nouum. Notanter dicimus a principio scilicet anteq̄ re  
gnum vel principatus de feratur. per successionem. Cum a principio  
omnis principatus vel regimen populi originem duxerit a con  
sensu et electione populi. l. ex hoc iur. ff. de iusti. et iur. et ff.

Sine consensu  
populorū non  
p̄t de nouo rex  
constitui.

omnis principa  
tus a consensu popu  
li traxit originem.



De Utero. 17.

De orig. Jur. l. 2. §. de inde cum essent. et §. nouissime. et ff. de consti. prin. l. 2. et insti. de Jur. na. gen. et civil. §. sed et hoc studiosum. et in aut. de instu. cau. et fide. §. et quia impe-  
vium. q̄na patet. Minor probatur per illud Deuteronomi. 17. Ubi sic dicitur: cum ingressus fueris terram quam dominus Deus tuus dabit tibi et possideris eam habitansq; in illa et dixeris consti-  
tuam super me regem sicut habent omnes per circuitum nationes. eum constitue quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum et cetera. In quibus quidem verbis duo decessit dominus debere concurrere ad institutionem regis et executionem regie potestatis. Alterum ex parte instituentis scilicet qd divina pro-  
videntia fuisset electus expectando in electione iudicium dei. Alterum ex parte populi: videlicet: qd talem a deo in regem electum populus voluntarie reciperet liberatq; ratum haberet atq; possessionem traderet regni. Que duo clare de notant predicta verba scilicet illi constituias quem dominus deus tuus elegerit. Ubi actus voluntarius idest consensus et approbatio populi requireretur ibi eum constitues idest ratum habebis seu acceptabis et regem habebis super quem deus insinuauit tibi eligisse: vel sibi placuisse ut sic rex. Unde licet deus potuisset constituere regem super populum hebreorum et inuitum: tum quia dominus vniuersorum est ad hebre. i. et quilibet homo et quisquis populus est seruus Dei per naturam: et plusq; seruus scilicet sicut possessio in amittata ad suum possessorem et sic poterat facere de re sua quicquid vellet: et precipue qd apud ipsos sunt dominia et iura regnorum terre: et pot illa dare cui voluerit ut apparet Daniel. 4. Donec serias qd dominatur exultus in regno hominum et cui voluerit det illud. Tum maxime quia ille populus sub speciali Dei cura regebatur ut apparet Deut. 7. te elegit dominus deus tuus ut sis eius populus sub speciali peculiaris. Et exodi. 19. Eratis mihi in peculium. de cunctis populis. Noluit tamen priuare illum priuilegio iuris naturalis quo spectat ad omnem hominem et ad omnem populum liberum submittere se propria sponte alterius regimini si viderit sibi utile esse. Deus. n. non destituit vel abrogat opus suum vel ius naturale quod a principio ipse tam sapienter tam ordinate tanquam immutabiliter instituit. Nam diuine prouidentie



dentis non est naturas cogere vel corrumpere ut magnus Dionysius  
 4. de divi. no. ait. Unde sicut ex divina ordinatione vim habebat  
 precepti qd populus voluntarie illum quem Dominus eligeret consti-  
 tuerent super se in regem id est ratam haberent talem dei ele-  
 ctionem et possessionem regni eidem traderent: ita eque ordina-  
 tione divina consensus et rati habitio populi et traditio possessio-  
 nis regni ad exercitium regie potestatis necessario requireretur.  
 Quem quidem populi consensum et acceptationem possessionis qd  
 traditionem regni si deus non requireret: dixisset utiqz tantum-  
 modo: is erit rex tibi quem dominus deus tuus elegerit: nec oportet  
 tebat cum constitues: ~~inquit~~ quoniam dominus est q. Quia tamen  
 dixit cum constitues: inquit evidenter ordinatione divine necessa-  
 rio requiri et ex parte populi: actuum aliquem scilicet consen-  
 sum et rati habitioem seu acceptationem voluntariam: nec non  
 traditionem possessionis de vere intervenire. Ponderanda. n. sunt  
 verba scripture sacre cum sint mysterijs plena: et aliquod improprie  
 superfluum aut diminutum in ea reperiri posse arbitrare nequeus  
 sit. Nec patent maxime in constitutione duorum primorum  
 regum Saulis scilicet et David. Nam ut. 1. regum. c. 10. habetur  
 licet Saul prius frisset ex precepto Dei per Samuelem in Regem unctus  
 et per unctionem illam Jus et titulum ad regnum illud adeptus esset:  
 de inde tamen institui et acceptari a populo in regem oportuit et tradi  
 sibi possessionem regni. Neqz ausus fuit Saul jurisdictionem vel auto-  
 ritatem regie potestatis exercere neqz poterat iure pleno anteqz po-  
 pulus electioni desefalte consentiret regniqz possessionem illi trade-  
 ret vel concederet. Sic. n. legitur in principio illius decimi cap. Tulit  
 aut Samuel lenticulam olei et effudit super caput Saulis et oscula-  
 tus est cum et ait. Ecce unxit te dominus super hereditatem suam  
 in principem. Deinde vero aliquibus transactis diebus: Samuel con-  
 vocavit populum ad dominum in Masphat: et fecit stare per tribus  
 et familias et missis sortibus primo ad determinandum tribum  
 deinde familiam usqz ad viros et per venit sortis usqz ad Saul (quo  
 adducto quia absconditus erat dominus) ait Samuel ad omnem populum:  
 certe videtis quem elegit dominus: quoniam non sit similis illi in or-  
 populo: et clamavit omnis populus et ait vivat Rex et q. Ecce ad  
 sensus rati habitio seu acceptatio populi. Post hoc et non ante capit

1. regu. c. 10.  
 in saule electo  
 a deo populi a-  
 cceptatio fuit

Saul



Saul uti Regia potestate: qm concisus in frustra bovis missit  
in omnes terminos Israel per manum nunciorum Dicens. Quicumq;  
non exierit et sequutus fuerit Saul & Samuel et c. c. 20. et  
quia aliqui de populo non consenserant libenter electioni Deade  
Saul licet fuisset collatus titulus ad regnandum per vnditionem et  
iterum per sortem electum in Regem voluntarie et Jussu dei: quin  
potius multi dicebant. Num salvare nos poterit iste. Ideo ad  
inducendum populum ut consentiret Samuel dixit iterum ad vni  
versum populum: venite eamus in Galgala et innoemus ibi regnum  
et perrexit omnis populus in Galgala: et fecerunt ibi regem Saul  
Coram domino in Galgala et c. 20. Ubi apparet qm cura et soli  
cudo adhibita est de voluntate Dei ut privilegium libertatis natu  
ralis consentientis di scilicet voluntarie in principem servaret  
populo nec compulit aut reprehendit eum: sed spectavit quo  
usq; voluntarie prestaret consensum ad recipiendum regem tra  
deretq; regni possessionem: qm ex principio electus fuerit divinitus  
et sibi regius titulus collatus ergo ad hoc qd rex in illo populo  
haberet exercitium regie potestatis et jus in regno illo: non sufficit  
ex divina ordinatione institutio divina de rege sine consensu et  
acceptatione populi s.

§. 19.

Idem patet in rege secundo scilicet David. Qui licet vinctus et  
fuisset in regem a propheta Samueli de mandato Dei ut sic. 1. re  
gum. 16. non tamen ausus fuit se intromittere de potestate re  
gia exercenda donec post mortem Saulis fuit constitutus et  
ad missus sive receptus et approbatus auctoritate et consensu ppli  
scilicet per tribum Juda primo in Hebron super eandem tribum in  
regem ut patet. 2. regum. 2. et deinde per alias tribus constitutus  
et acceptatus in regem. ut. 2. reg. 5. scribitur. Ex quo apparet  
evidenter: qd David qvis habuisset per primam vnditionem de ma  
dato divino factam institutionem ac per hoc haberet jus ad regnum:  
non tamen habuit jus in regno ad executionem regie potestatis  
in



in ppto. Israhel donec mortuo Saul qui verus et legitimus rex (licet, adeo probatus pessimus sacrilegus et usu tyrannus) populus cepisset eum et poneret ac institueret super se in regem approbans et consentiens voluntarie divine nominationi. Sive institutioni. Unde duo requirerentur ad hoc qd David haberet ius in regno et post divinam institutionem. Alterum qd Saul moreretur prius alterum qd fuisset receptus et institutus in regem appto. Nunq̄ .r. q̄ diu vixit Saul intentio dei fuit ipsum regni usu privare sed successione dum taxat. Alterum erat scilicet acceptatio et traditio libera possessionis regni per consensum <sup>populi</sup> ante quam noluit David propria auctoritate se intromittere de regni ad imitatione licet optimo sciret se adeo electum et unctum de eius mandato in regem a Samuele. Habereq̄ titulus et ius ad regnum. Nec et statim post mortem Saulis assumpsit sibi regnum: sciens preceptum esse divinum ut populi consensu et auctoritate constituendum et intromittendum esse deberet. (Illum inquit) constitues quem dominus deus tuus elegerit Deut. 17. Unde in .2. regum. 2. audita morte Saulis statim consulit dominum querens utrum ascendere deberet ad aliquam civitatem. et habito oraculo divino qd ascenderet in Hebron: mansit in opidis hebron donec populus conveniret. Et venientes viri juda unxerunt ibi David ut regnaret super juda hec ibi. Ecce traditio possessionis. Idem apparet cap. 5. eiusdem libri. ubi dicitur: venerunt uniuerse tribus Israhel ad David in Hebron dicentes Ecce nos os tuum et caro tua sumus et parum infra. Venerunt quoq̄ et seniores israhel ad regem in Hebron et percussit cum eis rex David sedus in Hebron coram domino unxeruntq̄ David in regem super Israhel etc. hec ibi Josephus libro 7. c. 2. antiquitatum De quo de creto David confirmare imperium. Maḡ aut̄ hystoriarum super .2. regum p. c. 6. ait: qd primo inuentus fuit David insignis scilicet a Samuele de mandato Dei per quam unctionem collatus est ei titulus et ius ad regnum. Secundo in regem super Judam scilicet per consensum et acceptationem populi ratam habentis electionem seum institutionem Dei et traditionem possessionis regni. 3. in regem super Israhel per omnes tribus etc. l. Ecce qualiter David vltia institutionem et nominationem unctionemq̄ diuinam: indiguit aucte/ approbatione constitutione/ unctione / ac traditione

ad hoc qd  
 ad esset rex  
 nec fuit ut  
 populus consen  
 tiret

Josephus.  
 in hystoriis.

acceptatio  
 populi in

possio



possionis regni per consensum liberum totius populi ad hoc qd  
legitimus, verus et naturalis rex actu esset et legitimum et iura  
dicum regni haberet ingressum: nec non Jus et executionem ad  
sequeretur regie potestatis in regno illo: quatenus illa duoque do  
minus ante de constituendo regem preceperat observarentur (Sci  
licet) qd deus eligeret vel nominaret illum quem vellet: et qd po  
pulus proprio et libero consensu approbaret dictam electionem  
ac ipsum sic a deo electum sibi constitueret in regem Deut. 17. de  
his videantur burgensis super. i. regu. c. 28. in additione. i. ad mico  
laus deliza et conradu. de contractibus tracta. 1. q. 7. in pñ. ergo  
per exemplum et auctoritatem divine scripture. Immo ut videt  
per preceptum et ordinationem divinam sine consensu libero et bene  
placito illorum populorum et regum ipsorum non pot. eis dari  
aut constitui alius rex novus super reges naturales suos. Quod aut sit pre  
ceptum et necessario debeat observari hoc est nunc inter christianos  
in novo testamento probatur, quia precepta omnia qd tum ad id  
quod habet morale et qd tum ad rationem justitie qd continet sunt  
immutabilia omni tempore secundus. s. Thom. 12. q. 100. ar.  
per 10. et ratio est duplex s. eundem ibi et. ar. 1. et 3. et 4. u  
ar. 4. c. quia continent ipsam intentionem legis laicis scilicet  
Dei ut apparet in preceptis prime tabule que ordinantur ad de  
um et continent ipsum ordinem ad bonum commune quod est  
Deus. Et in preceptis s. de tabule que continent opum ordines  
justitie inter homines observande ut scilicet nulli fiat inde  
bitum et cuilibet reddatur debitum. Et ratio est quia precep  
moralia sunt de dictamine legis nature que s. m. se pertinet  
ad bonos mores et rationi naturali conveniunt: et ideo semper  
in omni tempore et loco habent rationem et vim obligandi:  
insti de jur. na. genti. et civi. s. nam et naturalia. hoc aut  
preceptum de constituendo rege ordinatione divina licet sit pro  
parte iudiciale atq. proinde non obligent omni tempore nisi  
de novo illud per legem divinam vel humanam statuatur s. illud  
ad hebre. 7. Translato sacerdotio necesse est ut legis fiat translatio  
et. s. Tho. 12. q. 104. ar. 4. c. et. q. 104. ar. 1. c. Tamen parte  
continet precepti moralis et sic hodie vim habet obligandi. hoc  
erat partim iudiciale qd per oraculum signabat rex  
sic patet. Erat namq. iudiciale in qd tum scilicet ex preesse per  
oraculum deus illi populo loquebatur et assignabat certam per  
sonam quam constituerent in regem et qd esset de illo genere hebre  
orum



orum et non alterius gentis: et quoniam non induceret populum ad literas } erat morale in  
 in egyptum etc. que illi soli populo specialiter conveniebant. Par } quibus iure nate  
 sim vero erat morale in egyptum scilicet ad omnem communitate } ad omnem popu-  
 de iure naturali principaliter pertinet a principio constituere } lus expectat ad  
 sibi aliquem qui totam eam regat / etiam sine nova ordina } stituere sibi re-  
 tione divina. Et ius nate nunquam revocatum est sed confirmatum } gem  
 et stabilitum per legem divinam ut super dictum est. Exodi. 20.  
 ibi non concupisces domum proximi tui etc. levi. 19. non fa-  
 cies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum etc. in  
 quibus prohibetur omnis iniustitia. Et propter hoc voluit dominus  
 quod in consensu regis consensus et approbatio populi requireretur. et  
 sine illa rex exercitium regie potestatis non haberet licet divina  
 institutio sola sufficeret: quandoquidem ad populum et communita-  
 tem illam alias iure nature sine nova divina institutione perti-  
 neret. Et ideo quousque ex parte illa quae illud preceptum est iudiciale  
 non habet perpetuam obligationem sed fuerit evacuatum sicut  
 cetera iudicialia per Christum: ex parte tamen quae est morale  
 vim habet obligandi perpetuo ex ipso dictamine naturalis ra-  
 tionis. Quia naturalis ratio dicit hoc esse debitum fieri scilicet  
 ut quilibet populus liber per proprium consensum eum qui super  
 se est regnaturus et cui se committit non ad ipsius: sed ad eiusdem  
 populi communem utilitatem eligat / acceptet / approbet et cons-  
 tituat: atque proinde nullus non sibi iudex potissime siue legi-  
 tima vera et discussa causa ipsum populum huiusmodi iure eligendi  
 acceptandi constituendi sibi regem vel rectorem priuet. Ex quo nec  
 ipse deus voluit regem regnare in populo peculiari suo absque po-  
 puli consensu libero regnare fieret. n. iniuria gravis et magna  
 iniustitia populo cuiusque libero sicut contra voluntatem ac consensum  
 liberum cuius: aut si ad consentiendum compelleretur daretur ei  
 regem aut dominum. Hoc in illis preceptis nature in-  
 cluditur Thobie 4. quod tibi non vis ab alio fieri: nec tu facias  
 illi. et Math. 7. omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homi-  
 nes omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines etc. in-  
 cluditur et in preceptis decalogi sicut de tabula ibi: non furtum  
 facies: in quo omnis violentia illata proximo et omnis illicita  
 usurpatio



Usurpatio rei aliene: et quicquid Illicite rerum proximi auferitur et potius ea que tangunt libertatem prohibita intelligitur. ut in c. penale. 14. §. Precepta autem s. de tabule continent ut diximus ipsam ordinem iustitie inter homines conseruande ut scilicet nulli fiat indebitum. Et s. hanc rationem talia precepta indis pensabilia permanent. s. llo. 12. q. 100.

Et ideo preceptum illud de constituendo regem per consensum et approbationem populi est modum rale et in mutabile ac per qns habet obligandi vim etiam in nouo testamento: licet reuocatum fuerit ex parte illa qua ora iudiciale. Confirmatur quia lex ab rogata quo ad partem non ab rogatum ad huc est in uiridi obseruantia. Notatur hoc per Canonistas in c. i. de qsto. et in l. 1. Id. lati. liber tolle et ibi bal. Et quanto magis q possumus dicere q illa lex quantum ad iudiciale quod s. videtur assumpta esse atqz renouata de nouo instituta per ecclesie auctoritatem propter rationem sui. Nam potest lex allegari licet sit abrogata propter rationem sui. quia ratio non tollitur ut. l. ea. ff. de capi. dimi. glo. in. l. 1. in principio de consu. cum eman. lib. et glo. in prima qsto. C. et in. l. 2. c. de uete. iur. emule. sic beatus hiero. allegat illam. l. pp sui rationem super liuiti. et habet d. q. 1. c. licet ubi dicitur. licet ergo de constituendo principe precepisset et elegisset tamen conuocatur et synagoga etc. Ratio legis est quia ille qui presciendus est populo ab ipso populo cognoscatur et approbetur atqz non inuitis preponatur. Un sub dicit Hierony. immediate requiritur ergo in ordinando sacerdote etiam populi presentia ut sciant omnes q qui prestantior est etc. facit ad hoc. 68. dist. c. ples diotrensensis et c. nosse. Ubi dicitur ut conuocato clero et populo talis ibi eligatur per dei misericordiam cui sacri non obuiant canones. Sacerdotum quippe est electio et fidelis populi consensus ad tribendus est. Et in c. vlti. Ut nullus detur inuitis et non petentibus: ne plebs inuita epm non optatum contemnat aut odiat. Idem prohibetur. 61. dist. c. nullus inuitis. Apparet igitur q etiam nunc obseruari debet quod debet quod deus precepit et constituendo principem: scilicet: q semper expectetur consensus liber et acceptatio populi: et q nisi consensus et acceptatio seu approbatio populi voluntaria in constitutione noui principis interuenierit: princeps vel rex

preceptum de eligendo rege pro populi consensu moraliter est et viz hanc obligandi in nouo testamento

Vide nogetade ecia chz. l. 2. fo. 113.



ipse habere non poterit exercitium potestatis regie: ut probatum est.

§. 20.

Posunt confirmari predicta. l. per hoc qd libez Deuterono  
 in quo illa ordinatio reperitur: inter pretaur lex secunda  
 secundum Hieronymum et Isidorum, et Innocentium. 3. m. c.  
 per venerabilem. ex qm fil. sin legi. Et est figura legis nove  
 cum sm aptum omnia in figura contingebat. 1. ad Corinthe. 10.  
 id circo adaptanda sunt que ibi dicuntur maxime que ad mora  
 lem pertinent intelliguntur et ad regulandum hominum actus  
 qm fieri habent in tempore gratie. Cum ergo interuenire con  
 sensum et approbationem populi liberi ad constitutionem noui  
 principis sit naturale vel de iure naturali et sic morale ad re  
 gulandum hominum actus: consequens est qd sic debeat in tempore  
 gratie obseruari: atqz proinde in casu nostro necessario haberi conue  
 niat consensum illorum populorum et regum ipsorum ad recipien  
 dum regem nostrum Immo longe fortius. Item 2. potest addi  
 alia confirmatio per argumentum ab institutionibus ecclesiasticis  
 ad seculares quod est bonum arg. qm a eo vtitur Hieronimus in d.  
 c. licet. 8. q. 1. et in multis alijs locis eo ecclesia vsa est. Sed  
 in ecclesiasticis ad seculares institutibus requiritur consensus et  
 approbatio populi ergo ita oportet esse in secularibus. Immo lon  
 ge magis potissime quo ad illas gentes: que vt supponimus vel adhuc  
 infideles sunt vel recentis valde sicut plantule delicate in fide  
 quibus potius blandiendum est: qm sint exasperande vt puta ne  
 ophite. 35. q. 2. et 3. c. quedam lex. Minor satis patet in cap.  
 in nomine domini. 23. dist. vbi dicit leo papa nulla ratio sinit  
 vt ille inter epōs habeantur qm nec clericis sunt electi nec a  
 plebibus expetiti. et d. c. plebs. 63. dist. cum sequentibus vbi pplus  
 vocatur non ad deligendum tamen ad consentiendum electioni pre  
 lati per illam regulam iuris. Quod omnes tangit debet ab ho  
 minibus aprobari cum suis concordantijs. lib. 6. et glo. in c. 1. 62.  
 disti. notant a contrario sensu qd si populus non vult consentire  
 electioni



electioni facte per collegium: pot' electio irritati: imo et si sine  
causa rationabili contra dicit et nollet consentire irritari de  
bet electio si scandalum generaretur in populo ex quo dicit glo  
notat singulariter Panor. in c. 1. de electio dicens: q' cum sca  
dalo populi non debet quis preficietiam interueniente legitima  
electione. Pro quo facit optime. c. cum teneamur. de pren. et  
c. nisi cum pridem de renuncia. Et vide singulare dictum In  
nocen. ibi: ubi dicit q' si populus persequitur ep'm seu prelatum  
tam institutum nec pot' compesci a tali persequitione ut populus  
quiescat et ecclesia sit in quiete debet prelatum redere vel remouere  
per superiorem assignato alibi bono cambio. Quod singulariter  
notandum est secundum Panor. facit. c. si forte. 63. et c. nullus  
inuitus eps dandus non est: si habent iustam causam contra di  
ctionis. Et no. in c. Illud. 23. distm. et si debet a papa. 22. dist  
c. sacro sancta. Adiergo eps dari non debet inuitis populis xpianis  
ne plebs inuita eps non optatum contemnat vel o diat: lon  
ge minus rector vel rex temporalis populo libero extraneo  
gentili et infideli proprios habenti et naturales reges non reco  
gnoscentes superiorem sibi tam ignotissimus suspectus ut pote alteri  
us gentis seu fere nationis et cum grandi periculo pessimo et  
terribissimo in sedabiliq' scandalo: non minus populi modo ve  
etiam infiniti numeri populorum per diversarum nationum da  
tus est. Et quod procedat arg'm per locum amarovi patet  
quia magis obligantur populi vel plebs christianorum sub  
eundem ep'm quocumq' a papa datum vel institutum et ple  
bibus exhibitum aut prepositum seu clericis electumq' gen  
tilium siue infidelium: vel etiam recenter conuersorum ppli  
liberi ad patiendum siue acceptandum temporalem regem  
aut rectorem alterius gentis et extranei populi cum omnib'q'  
modis sint extra fines ecclesie: vel si iam aliqui conuersi su  
habent tamen suos proprios et naturales principes liberos  
nullum recognoscentes superiorem pp' quod possunt se iuste  
atq' aut iuris nae opponere cuicumq' alie institutioni de  
alio

panor.  
notandum.

Innocen.

panor.

Inuitus ubi no. glo  
q' laicis

Eps dari no de  
bet inuito p'plo.



alio superiore cum iustam causam utiq; habeant contradicendi  
 si illis scilicet Christianis veteribus eps dari non debet et a  
 papa inuitis: multo minus infidelibus de quibus est sermo vel recen-  
 ter conuersis Rex alienus sine consensu libero et acceptatione  
 voluntaria eorum. Et 3<sup>o</sup> confirmantur supradicta utendo etiam  
 eodem argumento a minori sic. Ecclesia nunc modernis tem-  
 poribus (sicut ab olim vsa est) in constitutione summi principis  
 in qualibet parte populi Christiani: non tollit sed sinit et confir-  
 mat consensum populi vel quibus de iure aut consuetudine co-  
 metit eligere acceptareq; illum propria sponte ergo nec illis  
 infidelibus et similibus vel etiam ex eorum recen-ter conuersis tolli de-  
 bet. q<sup>na</sup> patet exparte superius dictis. Ans probatur: qz eccle-  
 sia loco dei approbat et confirmat electionem quam faciunt populi  
 Christiani de rectoribus vel principe supremo ut apparet in imperio  
 et in ciuitate Venetiarum et alijs qui eligendi sibi rectorem de  
 iure vel consuetudine habent potestatem ut. 93. dist. c. legimus.  
 ubi quomodo si exercitus faciat imperatorem. Et ex de electio-  
 nibus c. 1. et c. venerabilem. et 8. q. 1. c. licet. Nec et successio suc-  
 cessoribus tollitur ut in. c. licet. de voto. cum ibi no. Vbi  
 regnum defertur successione. Nec ad hoc requiritur iudicium  
 papae specialiter et expressum etiam intra ecclesiam: sed suf-  
 ficat qd tacite in eum consentiat qui dignus est ad regendum et  
 Relator fidei ac obediens sancte Romane ecclesie arg. c. Adria-  
 nus el. 2. 63. dist. et 96. dist. c. quis dubitet. Facit quod bal-  
 dus dicit in. d. c. venerabilem de Elec. 1. Colu. papam non de-  
 bere suppressere officium vel potestatem electionariorum imperij  
 in quo tamen maiorem obtinet auctoritatem ut no. in. c. ad  
 apostolice. de re iudica. lib. 6. Et sic a fortiori ratione in casu no-  
 nam si ubi apparet et est maior euidentia potestatis ecclesie in insti-  
 tutione regis vel principis summi non tollitur ipsa potestas et  
 auctoritas vel ius eligendi per populi consensum liberum quibus  
 de iure vel consuetudine competit populi: multo minus de iure  
 tolli potest eius modi potestas vel auctoritas et consensus ge-  
 n-  
 libus

Baldy



libus & infidelibus populis omnino ex ecclesiam existentibus in  
quos minor euidencia potestatis ecclesie apparet esse et in  
Veritate minor est: cum in ipsos coercitiuam non habeat po  
tatem, sed in habitu solum nec plene adhuc in habitu ut  
infra videbitur ergo non potest eis clari Rex nouus nisi ipsi  
populi et quorum iuri detrahitur voluntarie consenserint.  
Si ergo requiritur necessario quod gentes ille principesque  
illarum consentiant electioni vel institutioni de regibus na  
tris hispaniarum facte per papam in dominos vteriusque orbis  
illius: cum negocium sit gravissimum et valde onerosum  
ut pote contra regnorum illorum naturalem libertatem  
ac in seruilem deteriorisque status omnium incolarum  
et regum seu magistratum suorum conditionem et propterea  
maxime odiosum: manifestum est oportere ad hoc operis  
modi consensum libere prestant. illos dulcissimis, mansu  
et bonis rationibus: moueri induci et persuaderi et non per  
funiculis.

§. 21.

Quod si prefata media (quod absit) omittantur et statim  
dum ad terras illas et regna hispaniam applicauerint easque  
fuerint ingressi noua tam in solita et sibi a seculis in  
audita immo nec somniata (ut diximus) notificauerint po  
pulis eisdem videlicet quod non teneantur obram seruitutes  
et subjectionem regi Spanie prestare atque illum in dominum  
super suos et naturales reges ac dominos recipere vniuersales  
et hoc quo ad incolas omnes sed quo ad reges et principes eorum



si loquamur si audierint alterius regis ditioni debere colla sub  
mittere atq3 superiorem recognoscere cum reges liberi et supe  
riores domini Imagini domini existant pluribus dominis  
alijs per magnifice atq3 fastuose modo suo principantes: et non quid  
hec audientes poterunt omnes pariter turbari acerrime:  
terre et implacabiliter scandalizari. Non ne rex Perodes  
audito a Magis q3 natus erat rex Iudeoz: turbatus est et om  
nis hierosolima cum illo Et q3 merito turbari queant imino  
quiverint patet qm aliquis alium turbare dicitur per sim  
plicem introitum in sua possessione eo invito. l. in iuriarum. §.  
fi. ff. de m iur. et. 1. dist. c. 1. Item turbat quis alium per  
as portationem fructuuz. Bal. in l. post sententiam vlti. colu.  
C. de senten. Item per orationem et fructum Collectionem bal.  
in consil. quidam acusat in fi. et falsis turbans dicitur  
maleficus Bal. in l. in cunctis. 1. colu. C. finium regundo.  
Item dicitur delictum. l. sigmis. §. si tutoris. C. si vi aut  
lam. Item dicitur quis turbare per resistantiam.  
Bal. in l. 1. C. de testi. Vendendo rem alienam et  
et tradendo emptori possessionem. glo. et Bartho. in l.  
si duo. 2. colu. ff. uti posside. Item asserendo habere  
servitutem in re aliena. glo. et Bartho. in d. l. si duo in  
prim. 1. q. ff. uti posside. et in l. 2. §. fi. ad fi. ff. de acqui  
emptio et in l. merius. §. fundo. vlti. Colu. ff. de lega. 2.  
Turbando in servitute fendi: dicitur turbare in fundo Bartho.  
in l. sicut. §. aristo. versu turbatur. §. si seruen. ubi glo.  
Item turbat quis per quacunq3 molestiam et impedimentum.  
in l. de interdic. §. retinendum. Cynus in l. 1. C. uti posside 1.  
Item negando q3 adversarius non possideat Bar. in l. si  
prius. ff. de oper. no. nuncia. Item qn aliquis possidere vel  
aliquid ius habere se asserit. Bal. in l. ordinari. §. colu. C.  
de rei vendi. et in l. non ab re. C. unde vi. Sed alijs mul  
tis exemplis turbationis taceamus: nemo est qui patienter

et simplicem in  
troitum in ali  
ena possessio  
ne dicitur q3  
euz turbarel.

turbans aliqd  
maleficus i.  
nota q3 dicitur  
turbare

et sine



sicut modum  
nouo orbe est  
Videte

s. Tho.

et sine animi sui maxima turbatione audire ferat q̄ liber-  
tatem amittat: queres constat esse inestimabilis et ama-  
bilis ut supra probatum est. et. l. libertas. ff. de regul. iur. et ma-  
xime subijci debere regi ignoto alterius gentis incognite. Cū  
tales reges soleant parum affici ad gentem cui preficiuntur: et  
per q̄ns non curare multum de eis. et Interum eos exactionibus  
affligere importabilibus argarijs et per argarijs oneribus q̄  
alijs insolitis grauare. Et hoc causa fuit quare dominus prohi-  
bit populo suo peculiari. ut non facerent sibi regem alteri-  
us gentis ut patet Deut. 17. Et s. Tho. 12. q. 105. ar. 1. 2.  
cuius et meminit Bartho. in tractatu de regimine ciuitatis  
et penul. columnis. Sed q̄ rogo facerent et qualiter turba-  
buntur aut turbati sunt illi qui tot insultus calamitates / tu-  
cidationes q̄ a nostratibus sunt perpessi. et illi ad quos nondū  
hispani peruenerunt et tamen audierunt quanta mala con-  
vicinis prouincialibus intulimus: q̄ nūcū Regis nr̄i ab illis  
petat consensum et voluntatem eum in supremum principem  
suscipiendum. si probabiliter presumere ac timere timore ca-  
dente inconstantissimos viros quibunt se spoliandas fore bonis  
suis dignitatibus et dominijs rapendas sibi uxores: filijs orba-  
informati credere tenentur: papam esse vicarium iesu xpi  
Caput summum e vnicum ecclesie vniuersalis: super eam to  
tam habentem principatum: cui commisit deus tam terrena  
q̄ celestis imperij curam: id est omnes sunt ei subiecti q̄ sunt  
ad



ad spūalia et in casu etiam quo ad temporalia sicut late  
 in nro tractatu comprobatio probauimus. Et ob hoc nulli  
 inferiorē vel equalem vel superiorē omnibus et super omnes ha-  
 bentem iuris dictionem et plenitudinem potestatis: et omnium  
 esse generalem prelatum. Et quot possid ipse Romanus pon-  
 tificis statuta firma perpetua et inmutabilia condere: quam  
 firmitatem innuit Christus dicens: et super hanc petram  
 edificabo ecclesiam meam: quasi uidelicet ipse. <sup>us</sup> X. sit fun-  
 damentum nāle ~~prelatum~~ .i. Cor. 3. Petrus aut et successo-  
 res quasi petra prima infundamento. Unde ipse post Xpm  
 est ecclesie fundamentum secundum Hieronimum Chri-  
 sostomum, Origenes, et sanctum Thomam. 1. p. 9. 112. 2.  
 2. 22. q. 1. a2. 10. c. opus. 1. c. 61. et. c. 66. Item tenentur  
 et credere qd papa dat robur et auctoritatem concilijs et sta-  
 tutis conciliorum. 17. dist. concilia: et qui tandem omnes  
 iudicat omnes iudicat: et a nullo potest iudicari. 40. dist. c.  
 Si papa nisi inuentatur deuius a fide. 9. q. 3. c. conquestus.  
 Et probantur omnia predicta in. c. non decet. 12. dist. et  
 19. dist. c. ita dominus. et. 2. q. 6. c. quise scit. et. c. pro hu-  
 mani. de homi. lib. 6. et in clemen. Romani de iur. iura.  
 et in. c. omnes. 22. dist. et in extraua. Unam sanctam  
 per bonifa. et. 17. dist. per totum. et. 2. q. 5. c. ideo. et  
 3. q. 6. c. dudum. Que omnia sunt priuilegia ecclesiastica  
 Romane atqz vniuersali ecclie adeo collata vt in. c. omnes  
 22. dist. que qui non credit: vel auferre conatur, hereticus  
 est vt in. d. c. omnes. Est enim omne id de iure diuino. Unde de  
 hoc proponitur vnus specialis articulus fidei cunctis credendum in  
 Symbolo: Credo sanctam ecclesiam catholicam. Que intelligitur  
 ecclesia vniuersalis cum capita suo summo scilicet pontifice  
 id est papa vt in. d. c. omnes. et in. d. non decet. Dicit quoqz  
 S. Tho. in opusculo contra errores Gregorium, et 22. q. 1.  
 a2. 10. Quia papa habet vniuersalis ecclesie primatum  
 ad

S. Tho.

potestas summa  
 in summo pontifice  
 ab omnibus fide-  
 libus credenda



ad quem pertinet ea que sunt fidei determinare ut ab  
omnibus in concussa fide teneantur: et in eo principaliter  
rebidet autoritas universalis ecclesie: et ideo ad fidem et  
pertinet in herere determinationi summi pontificis in his

quomodo papa in  
quantum papa  
in fide et mori-  
bus errare non  
pot.

que fidei sunt: et in his que spectant ad bonos mores. Et  
in huiusmodi ecclesia errare non potest et consequenter  
nec caput eius in quodam caput siue in quodam pontifex.  
Quod intelligitur quando interrogatur in dubijs non ut vir  
doctus aut talis persona sed ut caput Christi unitatis. Ut  
in c. quotiens et in c. arcta. et in c. hec est fides. 24. q.  
et 25. q. 1. c. violatores. Qua propter ad ipsum maiores de  
bapti. et. c. 42. dist. Et generaliter ipse habet inter

in alijs qd de  
fide et moribus  
agitur papa  
re pot qz in illis  
seqt<sup>r</sup> rationem  
humanam que  
difficere potest

omnia dubia que orta fuerunt in ecclesia Dei extrajudicialia sunt  
legi. c. per principalem. In alijs aut que ad fidem et bonos mo-  
res non spectant. ut in sententijs et determinationibus que ad  
particularia facta pertinent ut cum agitur de possessionibus  
vel de criminibus vel de huiusmodi papa errare potest quia sequitur  
rationem humanam que falli potest ut de s. Tho. quod lib. 9. ad ult.  
Et Joanne de Neapoli post eum. Quod lib. ii. Facit ex de sententijs  
exco. c. anobis el. 2. ubi habetur quod iudicium ecclesie fallit et fa-  
llitur. Immo non est hereticus sentiens contra determinationem ecclesie

in alijs qd inspectatibus ad fidem et bonos mores. Quomodo  
Iannes papa. 22. determinavit in extrajudiciali ad conditionem que  
ius separari non potest ab usu in usu consumptibilibus: et tamen dicitur  
huic sententie contradicentes esse contumaces et ecclesie rebelles  
non aut hereticos. De huiusmodi aut est negocium quod in  
hanc tractamus. Non enim pertinet ad fidem vel bonos mo-  
res quod summus pontifex concesserit dominium seu principatum  
regum terrarum regibus hispaniarum cum neque in fide vel in iure  
divino aut naturali ratione talis institutio non includitur si ius fun-  
detur: nec etiam in doctrina scripturarum reperitur, sed potius inue-  
niatur contrarium. Sed est potius quedam humani iuris deter-  
minatio que potuit aliter se habere, et ex humana voluntate  
id est



id est pape dependens. Unde post successionem et fidei et  
 plenam omniumque ad fidem spectant et ipsi scire tenentur  
 informationem: quanyis eiusmodi populi ad credendum qd papa  
 est vicarius christi et cetera huiusmodi a christo habet omnem  
 quam habet auctoritatem ac super omnem hominem iurisdictiones  
 modo quod dictum est et cetera huiusmodi obligentur: non tamen  
 tenentur: papam potuisse aucte sibi concessa credere diuinitus:  
 reges hispaniarum in uniuersales principes in preiudicium natu  
 ralem regum et magistratum sine culpa sua totius illius orbis  
 instituisse: itaq; si non credant culpam heresis incurrant. Quod  
 probari potest dupliciter. Primosic Nemo tenetur credere nisi que  
 cadunt sub fide vel directe et principaliter puta articulos fidei  
 qui scilicet sunt de his que visuri sumus in patria ut trinitate  
 personarum: vel perque venimus ad patriam ut misterium  
 in carnationis christi: vel indirecte et secundario ut ea ex q  
 bus si non crederentur: sequeretur alicuius articuli corrup  
 tio secundum s. Thom. 2. 2. q. 1. ar. 2. c. et q. 1. ar. 6. 7. et  
 ar. 8. in corp. et q. 2. ar. 5. c. ar. 7. c. Appertinet quoq; ad fide  
 omnia que sunt in scripturis per accidens: tanq; declaratiua per dictu  
 rum ut s. Tho. dicit ubi supra q. 1. ar. 6. ad 7. ad fidem in sup  
 per accidens pertinet omnia que continentur in doctrina ecclesie qz  
 ut idem s. doctor. inquit. q. 5. ar. 3. et 3. senten. dist. 23. q. 3.  
 ar. 3. q. 2. et Quodlib. 6. ar. 6. Quicunq; sicut infallibili et diuine  
 regule non in heret doctrine ecclesie id est non credit omnia q  
 credit et tenet ecclesia que procedunt ex prima veritate ma  
 nifestata in scripturis illi non habet habitum fidei: sed ea q sunt  
 fidei aliter tenet qz per fidem. hec ex illo. Sed neq; in articulis  
 fidei qui pertinent ad diuinitatem vel ad humanitatem: neq; in scri  
 pturis diuinis neq; in doctrina ecclesie inuenitur qz debeat in uniuers  
 salis principatus illius orbis regibus hispaniarum pp hoc qz curas  
 gerant fidei predicande in eo: aut qz papa possit illum concedere:  
 neq; qz non credendo hoc sequitur corruptio alicuius articuli.  
 ergo non tenentur nationes ille credere papam potuisse reges  
 nostros in uniuersales principes illius orbis instituire. Minor  
 claret

sine culpa heresis  
 post bapt. suscep  
 tum possunt noui  
 orbis incole dubi  
 tate om fuerit  
 iurisdica concessio  
 facta per papam  
 illorum regum.

q sunt q ad  
 fides ptiinet.



~~miris~~ claret intuen do per singula. consequentia probatur  
quia non omnia acta et determinationes summi pontificis to  
nemur credere atq; illis ad herese de necessitate fidei: sed illa  
dum taxat que ad fidem spectant et bonos mores ut ex dictis  
apparet ergo. Neq; q; potuit reges nros instituire in princip  
illius orbis vniuersales aut concedere illius imperium: quia  
hec non spectat ad fidem. vel bonos mores: sed solum spectat  
ad voluntatem ipsius pape: qui prefatis clarissimis regibus illi  
Voluit concedere: quod si non fecisset: semper fides incorrupta pe  
maneret. Nec hoc non credendo sequitur alicuius articuli cor  
ptio: quia si sequeretur esset articulus per hoc non corrumpitur  
cum possumus sentire contrarium huius quod est: papam non  
posse errare in casu aliquo qui ad fidem vel ad bonos mores  
non spectant: et tamen remanebit articulus ille incorruptus  
quia non dubitatur q; papa sit vicarius Dei, aut caput vni  
ecclesie vel quod q; in his que fidei sunt bonorum q; moru  
vera et sine errore salubria determinet et q;. Ergo non sequit  
corruptio alicuius articuli ergo non credere q; papa potuit  
talem institutionem facere: non incurritur culpa heresis.

§. 27.

**C**2. probat idem sic. Nemo agit contra fidem si non cre  
dit vel dubitat de eo in quo catholici doctores contrarie opinantur  
donec p eccliam determinetur q; illud est contra fidem. vel q;  
ex eo aliquid contrarium fidei sequetur. Sed circa potestatem p  
maxime in temporalibus: qn videlicet pot exercere tempora  
lem iurisdictionem vel in quibus casibus: catholici doctores  
discordant et contrarie opinantur ut patet in c. Nouit.  
de iudi. et in c. licet. de foro compe. Et in c. venerabilem  
de elec. et in c. per venerabilem ex qui fil. sint legi. Et in  
multis alijs iuris locis et tractatibus quos super hoc scripsit



runt. Et specialiter in ipsa met materia de qua tractamus }  
scilicet si apud infideles sint iuste legitima dominia et iuris }  
dictiones etc. ergo ille populi et nationes non agent contra }  
fidem si non credant vel dubitent etiam post susceptam fidez }  
papam posse reges hispaniarum in superiores illius orbis mis-  
situisse. Maior est. s. Thome. i. p. q. 32. ar. vlti et quolib.

varie loquitur do-  
ctores de potesta-  
te summi pontifi-  
cis in tempori-  
bus.

gna clara et specialiter probatur ut patet per Innocentius  
et hostiensem. Nam ille dicit apud infideles esse legitime  
dominia et iurisdictiones nec ecclesiam posse illos eisdem  
bonis sine culpa spoliare quem sequitur turba multa doctorum  
canonistarum et legistarum similiter. Iste vero ingenue asserit  
satis absurde in adventu christi omnes infideles ipso iure fuisse  
talibus spoliatos, et sic facit eos incapaces dominiorum. Hunc  
sequuntur nonnulli ut videtur, sicut ipse parum de necessaria  
infidelium differentia seu distinctione intelligentes. De Theo-  
logorum aut schola est imprimis. s. Thomas. 2<sup>o</sup>. q. 10. ar. 10.  
et q. 66. ar. 8. ad 2<sup>m</sup>. qui apud infideles esse iuste dominia  
et iurisdictiones subtiliter probat. Eodem Augustinus de  
Anthona in tractatu de potestate pape. q. 23. Novissime aut  
dominus cardinalis caietanus in. 22. q. 66. ubi supra clarius  
et <sup>in ti</sup> ~~in ti~~ minus licet paucis verbis prosequitur dubium hoc: et  
reddidit illud veritatem apertissimam ubi sic ait: qd si inven-  
etur pagani qui nunquam imperio Romano subditi fuerunt:  
terras inhabitantes in quibus christianum nunquam fuit nome.  
Horum namque domini quibus infideles legitimi sunt siue regali  
siue politico regimine gubernentur De his nullam scio lege  
quoad temporalia. Contra hos nullus rex nullus imperator,  
nec ecclesia Romana potest movere bellum ad occupandas ter-  
ras eorum aut subiiciendum eas temporaliter: quia nulla  
subest causa iusti belli. Unde gravissime peccarem si  
fidem christi per hanc viam ampliare contenderemus: nec  
essemus legitimi domini illorum: sed magna latrocinia  
committeremus et teneremus ad restitutionem ut pote iniusti de-  
bellatores aut occupatores etc. sic ille. Cum igitur inter illustres  
doctores sit de huiusmodi controversia: immo ut in plurimum  
omnes sequantur veritatem quam defendimus scilicet qd papa non possit  
occupare

s. Tho.

legitimum do-  
minium esse  
apud infideles  
probat  
s. Tho.

aug<sup>9</sup> de anthona  
caietan<sup>9</sup>.





occupare vel auferre terras vel dominia infidelium ergo nec  
 contra eorum voluntatem eis presumere alium dominium ergo  
 non credere aut dubitare post fidem susceptam: papam non posse  
 facere memoratam institutionem de regibus raris gentes ille  
 incurrerent culpam heresis. ¶ Ad non credendum namque in  
 ducuntur efficaci motiuo scilicet naturali ratione ex ipse ipso na  
 turali elicit. Quia videlicet habet Reges suos et dominos naturales  
 quise iniusticia et pace omniq[ue] bono politico regimine suo modo pu  
 ut sine fide virtutibus moralibus possunt gubernant, et inde  
 merito omne aliud alterius extranei principis regimen non  
 necessarium sibi: sed superfluum naturali consideratione de  
 existimabunt quia natura non abundat in superfluis: si  
 cut non desecit in necessarijs secundum P[ro]p[ri]um. ¶ Neq[ue] etia[m]  
 similiter papalibus dicte institutionis nolint consentire:  
 mandatis super hoc apostolicis statim obedire: rebelles au  
 tem contumaces erunt. Tum. i. quia illud faciunt iuris autoritate  
 §. 23. in prima ratione ad probandum minorem. Tum. 2.  
 quia iustam causam non parendi nec consensum prestandi ha  
 bent ut late patet supra §. 23. 24. 25. Tum. 3. quia gentes  
 ille tam reges q[ua]m populares sentiunt se tali promotione seu ins  
 titutione grauissime et enormissime gravari et maximum  
 per iudicium pati. Et ideo sunt audiendi et non sic ex abrupto  
 iudicari ut infra. 4. conclusione principali monstrabitur. Tum  
 demum. 4. quoniam vniuersae ille nationes post fidem et susceptas  
 laborant ignorantia probabili quimmo inuincibili ut §. 23. quoniam  
 vniuersae ille nationes et 24. et 22. patet. ¶ Ignorantes au  
 tem probabiliter vel inuincibiliter cum id agant vel omittant sin  
 dolo et affectu errandi contumaces vel rebelles non possunt  
 appellari. Unde si per impossibile aliquae sententiae sp[irit]uales  
 seu ecclesie contra illos fulminarentur in hoc casu: nequaquam  
 eos ligarent in conscientia quo ad Deum neq[ue] quo ad ecclesiam.  
 Probat[ur] hoc quia ad hoc q[uo]d quis incidat i[n] excommunicatione  
 maxime requiritur dolus verus vel presumptus: cuius modi est  
 lata culpa. l. quod n[on] nocet ff. de po[en]a tenet hoc Joa. andrea  
 in c. quanto de sen[te]ntia exco. ubi dicit q[uo]d in nullum canon aliquis  
 in idit

non sunt rebelles  
 quia mandata super hoc  
 apostolica non statim  
 obediunt





incidit: nisi sit indolo: et idem Innocen. in c. cum medicinalis eo  
 ti. lib. 6 facit quod no Barbo. in l. quicumq. C. de serui. fugi.  
 Ubi ait qd ubi cumq. loquitur de pena capitali vel corporali sub  
 intelligitur dolus ergo a fortiori vi ratione in hac pena que ani  
 mam occidit mutilans a corpore viuo (id est) sancta Ecclesia.  
 Non ergo gentes ille non credendo papam potuisse in d. titu  
 tionem dictam facere: aut non ad mittere illam nec con  
 sensum prestando heresim aliquam contrahent: nec committet:  
 Contumacioni. Sed stat bene quod illud non credant vel du  
 bitent: et istud non admittant: nec velint reges nostros  
 suscipere in superiores vniuersales: et sint catholici et obedi  
 entes filij apteius mandatis inde fit consequens: qd nec per pe  
 nas vel censuras ecclesiasticas: sicut per temporales puniri no  
 debent aut molestari. Et sic patet veritas conclusionis in prim.

§. 22. si tuate. Patet insuper manifeste qd necessarium sit  
 regibus nostris qd blandissime ac dulcissime bonis rationibus et gra  
 uationibus ad se suscipiendum per liberum consensum gentes ille  
 inducantur: si rite ac recte illius orbis et vastorum regnor  
 eius volunt principari: et sic ista particula Undecima et qd  
 contenta sub ordine iuris diuini et naturalis: non est superflua,  
 sed necessaria sine qua nihil iuridicum erit factum.

quomodo blande  
 et pacifice cum  
 indianis natio  
 nibus agendu e  
 ut libere consuetud  
 in promotione re  
 gum hispaniarum.

Et iuxta predicta volumus vt intelligantur et corrigantur  
 ea que in nro tractatu comprobato de iure regio in pro  
 batione prime conclusionis in. 2. principali ratione diximus.  
 Videlicet qd cum primum gentes ille sacrum baptismatis sacra  
 mentum susceperint habent reges nri completam potatem in  
 actu. et qd possint exercere contentiosam iurisdictionem in illas et qd  
 Sed addendum est ibi: et postq. consensum prestiterint liberu:  
 quemadmodum prescriptum est et quod dixi in 19. propositione  
 ad consilium regale indiarum scilicet vniuersos reges et domi  
 nos naturales communitates ciuitates et populos illius orbis postq.  
 fides voluntarie susceperint teneri ad recognoscendum reges  
 suos in imperatores et vniuersales dominos seruatis tamen iuri  
 bus et dominijs regibus et dominis naturalibus et populis ceterisq. sin  
 gulis personis pro vt in. 18. propositione continebatur. P. d. si ante  
 baptis



baptismum noluerint a nullo iudicium demando ppter hoc iure puniri. Vbi videbatur supponi q post baptismum susceptum si non recognoscerent possent compelli et puniri. intelligendus

notandum qd et post bap tismum libe ru est eis co sctie in su ptemu regu extirpauit a nullo possit compelli

Et tamen hunc passum sic volumus (videlicet) q tam post bap tismum q ante si nolunt reges nros recipere in principes supre mos nullus est iudex de mundo qui potestatem habeat illos hac de causa puniendi. Prout determinatum relinquitur in supra posita conclusione et eius probatione. Quoniam in sua facultate naturali habent ius consentiendi vel dissentiendi sepe dicte institutioni papali in utroq statu eorum (scilicet) vel ante vel post suam con

obligati esset post fides susceptam ad recipiendos re ges nros in prin cipes simala et crudelia a nris hispanis passim essent l.

tionem ut ex q plurimis iam probatis hec veritas evidens facta est et habent multas alias exceptiones si in iudicium contradicere hec causa ad eluere tur. Verum tamen fuissent obligati ad suscipiendum reges nros in principes si mala crudelia et damna irrepara bilia tyzardesq a nris hispanis passim fuissent: si fides pacifice et secundum formam christianam eis predicata esset obligatio que ad antidota dicitur. Que obligatio in surgit et illa equitate naturali ut benefacienti nobis beneficiamus. l. sed si lege. §. consuevit. ff. de peti. her. et c. cum in officijs. de testa. Nec tam est talis ista obligatio qualis e illa naturalis que ortum habet ex pacto. Nam propter istam nulla competit actio. l. etiam. ff. de compe. Vbi talis obligatio ad antidota non pot deduci in compensationem. l. ex hoc iure. §. penu. ff. de dona. de hoc videtur que no. in c. ad nostram de proba. de hac igitur intelligitur in dicta nra propositione. 19. sicut naturales reges obligatos ad reges nros et ideo ista ibidem supplentur. Et hec de secundo statu illarum gentium scilicet postq christianam et bap tismum

Zati erunt dicta sufficient /.

De tertio vero eorum statu scilicet

post recepta in audita mala per nras crudellem tyzardem tot strages tot populationes et euersiones populorum oppidorum et ciuitatum: immo et regnorum: que nunc versa sunt in deserta et solitudinem facta ferarum habitatio: cum plerumq prima mortalibus et ceteris speciebus innumeris crucia



tuum (tunc de rapinis captiuitatibus / sublati thesauris / domi-  
 nijs et dignitatibus usurpatis) et infinita omnis generis  
 calamitatum nec visa, nec audita vel somniata usq[ue] terra-  
 rum: que a nobis perpassi sunt sine causa. Si de hoc statu inquam  
 loquamur: miranda est responsio quam tibi dabit quilibet q[ui]  
 humicunq[ue] sit nutritus in siluis et natura barbarus. **N**empe  
 dicet non modo illos non teneri ad reges nostros recipiendos  
 super regna non sua ut illa sunt: sed si propria et patrimo-  
 nialia fuerant de ducta per legitimam successionem: merito  
 ac iure fore ipsos spoliandos et tanq[ua]m hostes publicos bello  
 insequendos ac morte crudelissima cruciandos. Et aliam naq[ue]  
 opinionem merito conceperunt gentes ille de nostris inclitis  
 regibus hispaniarum: scilicet reges fortes / robustos / impios in-  
 misericordes: imblacabiles et vniuersis de mundo crudeliores et im-  
 justiores semper sitibundos humano sanguine: putantes vniuer-  
 sa mala que sustinet procedere ex regum ipsorum propria volun-  
 tate. Quod tamen verum non est ut infra explicabitur. Et ut  
 ista firmamus: bene possunt reges nostri spem omnem relinque-  
 re: q[uod] nunq[ua]m illius orbis tute sine conscientie scrupulo tenebunt  
 principatum: etiam si gentes ille consensum prestent: quoniam  
 semper iura presumunt prestare illum metu iustissimo coactos:  
 sed quod peius est repericulosum valde: q[uod] nec petetur ab illis  
 grauatis propter consiliatorum in sensibilitatem: nec ipsi  
 nunquam vere nec inter pretatiue prestabunt. Et nunc videat  
 et iudicet quis piam etiam barbarus Utrum nec sit hec parti-  
 cula (quot mansuete et oblandis verbis et rationibus gentes illas  
 inducere ad consensum prestandum oporteat) ut reges nostri  
 illius orbis principatum vite ingrediantur: super flua an  
 necessaria. /

mala q[ui] in nouo  
 orbe ab hispanis  
 per petata sunt

Valde nota

dicit q[uod] nunq[ua]m  
 sine conscien-  
 tie scrupulo  
 reges n[ost]ri ha-  
 bebunt prin-  
 cipatum n[ost]ri  
 orbis suppo-  
 nis  
 malis rapinis  
 devastatori-  
 bus q[ui]

inconsiliosos  
 rei cit culpa  
 eo q[uod] ipsi tene-  
 at  
 factis et q[ui] sunt



Ultima conclusionis secunde principalis particula  
 continet q̄ habito regum et populorum consensu  
 libero et eiusmodi papali de regibus nostris institutione  
 voluntarie rata habita et acceptata: tractatus cum eis et  
 pacta / de modo regnandi: de tributis regibus nostris tra-  
 buendis cum prestatioe juramenti utriusq̄ partis de con-  
 ventione et pactis seruandis et similibus hanc igitur res  
 probari. quam sic probamus f

Naturalis ratio dicit q̄ populus liber volens se alicuius  
 directioni vel regimini subijcere et delibero se subiectum fa-  
 cere obligando personas suas ad fidelitatem alteri seruanda  
 dam et sic conditionem propriam de teriorare quantum  
 ad diminutionem proprie libertatis (quia secundum baldum  
 in .l. si aquam .C. de serui et aqua pluvia) licet fidelitas  
 et subiectio non sit plena seruitus: et tamen quedam specie  
 seruitutis ut no. de usuff. l. sicuius. et in .l. cum seruum  
 ad fi. C. de ser. fugi). aliquas condiciones ab illo rationabili-  
 ter pot̄ petere: quia quilibet in traditione rei sue potest  
 imponere pactum legem vel conditionem quam vult: quia  
 in re propria quis quis est moderatus dispositus et arbitrius  
 .l. in re mandata. C. mandati. Multo magis in traditione  
 quis se ipsum / post imponere legem et conditionem dummodum  
 sit rationalis. Et iuste pot̄ se quis submittere vni personae  
 vel communitati in his que non sunt contra Deum et que sibi  
 non habent aliquam ad naturam iustitiam repugnantiam: in  
 quibus melius pot̄ dirigi per illum cui se submittit q̄ per  
 ipsum ut dicit s. Thomas .2<sup>e</sup>. q. 57. ar. 2. hinc mos fuit  
 apud omnes populos et gentes in institutionibus vel electio-  
 nibus regum a principio quo creare voluerunt et constituere



superse magistratus siue reges: vel in coronationibus eorundem:  
 siue quando successores regnis admittuntur aliquem tracta-  
 tum pactum legem vel conventionem siue compositionem fa-  
 cere vel iam factam cum predecessoribus renouare inter  
 utrumque scilicet regem et populum sponte ac bona fide: ad  
 ministracionem seu exercitium regie potestatis et iurisdic-  
 tionis procedere: tractantes et pasciscentes: Rex quidem pro-  
 mittens verbis sub sacramento atque in scriptis iuransque ta-  
 cite aut expresse curam debitam populi habiturus intro-  
 ducturusque bonum regimen atque concedens libertates / exemp-  
 tiones / bonas consuetudines ab antiquo traditas: Vel si non sunt  
 aut populo veteres non placent: alias nouas et aliaque populus  
 expostulat sibi ad sui conseruationem in bono statu totius  
 rei publice proficua privilegia interque semper ingre-  
 ditur seu intellexit. Et si non dicantur expresse quod  
 nullum nouum graua mem impreuditiu populi adinue-  
 niat vel exerceat. Sed quod in pace et tranquillitate omnes  
 pariter conseruabit: et tanquam pater totius rei pu-  
 blice sit patriam defensurus. Nam si quilibet homo liber  
 in traditione rei sue potest ponere legem et conditionem quas  
 vult dummodo sit rationalis alteri naturali iure te-  
 netur seruare ut extra de condi. ex posi. c. verum. et. 18.  
 q. 2. c. Eleutherius et. ff. de pac. l. 1. Nec scienti vel volenti  
 sit dolus. C. de transac. l. cum donationibus: et pacta de-  
 bent seruari ex de pac. c. Antigonus. longe potius liber  
 populus in traditione sui ad Regem vel rectorem cui se  
 voluntarie gubernandum committit ad bonum sui ipsius  
 et propter hoc se obligat ad eum Reuerendum: obedi-  
 dum / et seruiendum ei: fidelitate magis perpetuo seruandam:

tributa



tributa et alia onera et iura regia soluenda. Poterat iuste  
ac rationabiliter legem ponere atq; conditionem quae sibi  
placuerat et tenebatur et nunc tenetur rex vel rector sic  
populo electus observare naturali iure ut apparet in c.  
i. de probatio cum ibi notatis per doctores canonistas  
et legistas in supra citatis iuribus. *Phis* aut pollicebat  
necessarium honorem subjectionem fidelitatem et debitum  
famulatum cum ceteris que immediate dixi: decernens  
reddere certa tributa et annos redditus: tum in recognitio  
nem vti dominii et signum subiectionis de quo argu.  
in c. omnis anima extra decensibus. et de causa posse. et  
proprie. c. fi. et. 10. q. 3. c. illud et. C. de episc. et cler. l.  
nulli. Tum pro statu honesto conservando regis etq; Ecce  
contractus vltro citroq; aut ex vtraq; parte obligatio ex vo  
luntate partium consurgens ideo dicimus q; pascendo di  
versas in unum trahimus voluntates. Un Rex vel rector  
aut magistratus remanet exinde regno et respublice obligatus.  
Et regnum et respublica regi vel magistratui. Et etiam  
compositiones super tributis et muneribus exigendis minuendis  
vel augendis interdum aut permutandis facte inter dominos  
et subditos seruande sunt nec possunt per dominos reuocari.  
quia habent vim legis quo ad eos ut in. l. cesar. ff. de pub.  
et. l. donatione. la. 2. C. de donu. ante nuptias et. l. illud  
ab vna. et ibi no. C. de anno. et tribu. lib. 10. predicta  
patent per illud quod samuel fecit et ordinavit vel potius de  
per illam. Nam postq; statui Saul in medio populi lamp  
sortem obstans regem et populus voluntarie acceptavit  
eum dicens vivat rex: statim possuit legem regni ibi: lo  
quutus est aut; annuel ad populum legem regni (idest) secun  
dum

adptenda qz  
tributa se per  
in augmeto.

dum



dum glosam inter linealem) qualiter populus se debebat habere  
 ad regem et Rex ad populum et quid rex a populo exigere:  
 et quid populus regi dare deberet. Ecce contractus et pacta  
 et hinc inde obligatio. 2. regum. 10. Et eadem apparent  
 in David 2do Rege illius populi Israelitici. 2. regu. 5. Ubi  
 dicitur qd percussit David cum populo fedus: quia fecerunt  
 inter se compositionem q̄ntum ad legem regni de modo re  
 gnandi scilicet q̄sta potestas regibus committebantur: et que  
 onera et servitia posset imponere imponere subditis: quia ju  
 ravit David ea observare populo: populus vero juravit observa  
 re que regi promittebat. Et ista capitula iurata vocabat̄  
 fedus: vel lex regni ex constitutione Saulis in regem cum  
 samuele auctoritate Dei facta: quam scripsit samuel in  
 libro et recitavit coram toto populo ut dictum est. Na  
 fedus erat quidam modus contractus in his validi in quo  
 erat promissio ex altera velex utraqz parte ad faciendus  
 aliquid et signum amicitie. Et ista promissio firmaba  
 tur iuramento: et ut esset firmior ad huc faciebant q̄da  
 ceremonie (scilicet) qd occidebantur animalia et divide  
 bantur in duas partes et facientes pactum transibant  
 inter illas divisiones significantes per hoc: qd quicumqz  
 fedus violaret: divideretur in partes duas sicut animal  
 illud. Hoc p̄ gene. 15. de federe quod fecit Deus cum  
 abraham. Et populus cum domino tempore regis Ezechie  
 Hieremie. 34. Et inter deum et populum in datione  
 legis Exodi. 24. Et Nicolaus utrobiz. et glosa Neemie  
 5. Patet igitur qualiter in prima constitutione regis q̄da  
 dam contractus vel fedus pacta et conuentiones fiebant ad  
 quod naturali ratione homines cum sint rationales in  
 succubat̄

quomodo fie  
 bat pactus



ducebantur et prudentia. Similiter erat qñ successores  
 regum ad regale fastigium loco pre mortuorum per  
 populos ad mittebantur q̄ scilicet pacta et compositiones  
 habita cum predecessoribus vel confirmarentur vel re  
 formarentur maxime si erant iniusta vel iusta violata  
 tamen. Hoc p̄. 2. regum. 12. ubi habetur q̄ mortuo Sa  
 lomone qm̄ nimis grauauerat tyrannicis exactionibus et impo  
 tabilibus annis tributis populum: cum in Sychem uniuersus  
 populus israel congregaretur ad constituendum filium eius  
 Roboam sibi regem: prius uoluerunt componere cum eo super  
 imminutionem seu relaxatione tributorum quibus grauissi  
 me premebantur et durissima seruitute aqua Salomone  
 uiuente non potuerunt liberari. Nunc aut̄ qm̄ institue  
 batur rex nouus et erat ueris simile q̄ omnia iura (si uera iura  
 dici mererentur) que pater eius extorquerat petiturus esset:  
 cum sit consuetudo regnantium nouas inuenire exactio  
 nes veteres aut̄ nunq̄ minuire: habebant oportunitatem  
 se liberandi ab huiusmodi iugo et seruitute componendo cum  
 rege suo ne opprimeret eos sicut pater suus. Unde sic di  
 citur ibi venit aut̄ Roboam in Sychem. Illuc in congregata  
 erat omnis populus israel ad constituendum cum regem  
 et loquenti sunt ad Roboam dicentes: pater tuus durissi  
 mum iugum imposuit nobis: tu itaq̄ imminue paululum  
 de imperio patris tui durissimo / et de iugo grauissimo quod  
 imposuit nobis et seruiemus tibi eq̄. Et ipsum ipsa n̄alis  
 ratio ex postulat ut quod antecessor male ac tyrannice egit  
 in regno grauando populum successor componat et emendet  
 ad populi petitionem iurataq̄ deinceps se id seruaturum. Velut  
 si a principio eligentes sine instituentes super se regem de  
 mo pascescerentur eandem conditionem. Non. ii. minus  
 liberi

Salomō gra  
 uauit popu  
 lū tributis

pplus uoluit  
 cu Roboam qm̄  
 suscebat in  
 regno pacta  
 componere  
 su tributis e  
 xluendis



liberi sunt regnicole sub. 2. vel. 3. aut certe sub millesimo rege q̄s sub primo quando reges sunt Iusti. Si quis regnaret Rex perpetuo ex contractu vel federe obligatus ad procurandum bonum et utilitatem totius regni postposita sua co ipso q̄ consentit electioni vel institutioni de se facte vel succedit in regno et regnare vult seu assumit officium regendi tacite etiam si nihil dicatur instar tutoris vel curatoris vel gestoris negotiorum qm̄ solum ex acceptatione officij obligantur quia quasi contra hunc licet non interuenierit expressa voluntas utriusq̄. nam licet pupillus habens tutorem aut furiosus hñs curatorem aut is cuius ignoranter gerit quis negotium non expresse contraxerint: tamen tutor curatorem et negotiorum gestor obligantur quasi contraxissent. Qm̄ que in sunt et si non dicat expresse: tamen appositae intelliguntur nec immutant vel addunt. C. de fide iuss. et demonstra. l. conditiones extrinsecus ff. de lega. 1. l. 3. Itaque reges obligati sunt regno et rei publicae. Nam minorum iure uti solet res publica. l. res publica. C. quibus ex causis. maiores. Vbi ait glo. sicut minores sunt sub curatoribus: sic res publica sub administratibus et. C. de iure respu. l. rem publicam. et. C. de offi. eius qui vicem al. l. 1. et hoc venit ex natura contractus taciti per tacitam affectionem industrie suscipiens officium pp̄ quam eligitur. C. mandati. l. a procuratore. cum ibi notate et. l. pro officio. et. l. sequen. C. de admistrute. et insti. vbi supra. §. tutoris quoq̄. hñ est q̄ obligatur princeps ex contractu inito cum subdito. ut m. d. c. 1. de proba. et est bonum argu. m. c. nisi cum prudem. §. verp. cum ibi no. per glo. et doc. extra. de renuncia. Et cardi. in consil. 142. Et Feli in. c. que in ecclesiis. colu. 14. de constitu. Ex quibus

ad qd rex tenetur

minoris iure utitur res pu.

quibus



quibus apparet non sufficere solum consensus regis ad re-  
gnandum vel velle regnare: sed necessarium est consensum  
populi interuenire ad hoc qd valeat contractus et per qm  
vt rex iure possit regnare. Contractus. n. diffinitur duo-  
rum vel plurium in idem consensus et ex utraqz parte  
obligatio. qsi vna pars de esset non erit contractus:  
sed violentus ingressus et tyrannus vt. l. q. 1. c. princi-  
patus. Et. C. de sacro sanc. Ecclie. l. decernimus. Ubi  
Bal. dicit qd prouincie que consueuerunt regi per reges et prin-  
cipes suos: dicuntur esse sub eorum naturali dominio id est  
de iure gentium vt. l. ex hoc iure. ff. de iusti et iur. Et si aliq  
accipia ibi dominium contra voluntatem regis (adde tu  
et populi iuxta probata supra. §. 16). Ille est tyrannus quia  
inquit usurpata dominia dicuntur tyrannides. hec ille.  
Vbi et dixit qd inuadentibus castra pertinentia ad iustos dnos:  
non possunt illa castra concedi per principem et. ff. vt supra  
retulimus. ¶ Et sic patet ultima particula conclusionis. 2.  
Videlicet necessarium esse habito consensu voluntario ppto  
et regum suorum per quem dicta papalis de regibus nostris  
promotio vel institutio sit eis grata et rata habito seu accep-  
tata: tractatum fieri vel contractum inter populos et reges  
illos et nuncios regum nostrorum: de modo regnandi: et  
conventionem de obedientia et tributis exhibendis legibus et  
consuetudinibus rationabilibus eis obseruandis: quibus omnibus  
iuramento firmandis et. ff. Et qm clara relinquitur tota  
ipsa conclusio cum omnibus partibus: que continet iuris  
ordinem et circumstantias necessarias que seruari opus ad hoc  
qd vite ac recte reges nri castelle et legionis adipisci va-  
leant summum illius indiazum orbis principatum.  
Quibus ommissis nullo pacto erit possibile ingressum et progre-

Baldi proba du  
vixima et  
notanda pro  
novo orbe.

Bem



Sum suum in regna illa neqz illorum possessionem iusti-  
ficari ut probabitur.

§. 29.

§. cluxio §.

In liti Reges nostri hispaniarum qz diu populi et  
habitantes illius orbis indiazum cum regibus et principibus  
suis non consenserint libere prefate institutioni de se facte  
per papam/ eamqz ratam habeant et possessionem tradant:  
Solum titulum i. est causam acquirendi supremi principatus  
orbis prefati et ius ad rem vel ad regna et superioritatem  
seu dominium vniuersale eorum quod ex titulo oritur: non  
aut ius in re vel in regnis hnt.

quod in no  
est ius et  
regni et ppto  
vni reges nri  
in nouo orbe  
no habet ius  
in re s ad re  
solum

Est. n. titulus omnis causa domini acquirendi ut titulus  
pro emptore/ pro donato pro herede pro suo etc. Secundum  
glo. in. c. fide/ offi. archi presbi. et. c. dudum. El. 2. de  
elec. in verb. in titulatum.

Dicitur aut quis habere ius ad rem et non in re quotiens  
aliquod ius ei restat habendum vel obtinendum ad hoc qd sit  
ei ius quesitum illius rei, et sic ius ad rem est nondum esse  
ius quesitum pleno alicui: sicut in electo ad aliquod benefi-  
cium vel dignitatem. Nam per electionem acquiritur tantu  
ius ad rem non in re. Per confirmationem aut vel collatio-  
nem acquiritur ius in re iuxta ea que notantur in. c. perul.  
de preben. lib. et. 6. super his de accusa. et in clemen. unica  
et in. c. si. de concessio preben. eo lib. et. c. super his de accusa  
et in clemen. unica de secreta. posses. Sic est de regibz  
nostris

habitus ad  
re s no in  
re rex his  
pome in no  
noorbel.



nostri. Habent. n. electionem siue institutionem pa-  
 palem et sic titulum et ius ad regna illa quod regum nemo  
 christianorum de mundo habet. Sed adhuc restat illis  
 restat regibus } aliud potentius et principalius ius obtinendum scilicet  
 hispanie ad legiti- } consensus populorum et regum suorum ut ratam habent  
 mus dicitur in no- } dictam papalem institutionem: recipiendo eos in vni-  
 vo orbe vsit co- } uersales dominos et principes supremos tradendo eis libera-  
 sensus pporuz } regnorum illorum possessionem: quatenus ius acquirat  
 reguz et pproz } mze reges nri (idest) plenam consequantur potesta-  
 alias caret iu- }  
 risdictione }

tem exercendi iurisdictionem supernam et eaque sunt sup-  
 premi principis et regie ac imperiali auctoritate reseruata.  
 Ut ex dictis manifeste apparet ergo quandiu populi et ha-  
 bitatores prefati cum regibus suis libere non consenserint  
 et c. Tantum habebunt reges nostri titulum et ius ad re-  
 gna illa non aut in regnis illis (idest) nullam exercendi  
 iurisdictionem aut gerendi se pro<sup>sup</sup>premis principibus habent  
 facultatem. Probatur gra. i. quia totius facultatis aut potes-  
 tatis et iurisdictionis exercende atqz adipiscendi principatus  
 eiusdem. deest regibus nostris nrale fundamentum et efficiens  
 causa scilicet consensus populoz et regum suorum. Dicit. n. Bal-  
 dus in. c. qm. pp. 3. colu. de elec. q. consensus requiritur tamqz  
 naturale fundamentum scilicet ad hoc q. quis in dignitatem  
 siue magistratum vite et recte ingrediatur: Et debet esse sim-  
 plex idest sine plica vis vel metus adeo q. si violentia coartet

requirit elec- } electores vel electio clamor firibundi populi electio dicitur ipso  
 tio sine viole- } iure nulla: quia non dicitur liberum quod quocumq. modo est  
 tia et in me- } coartatum. ff. de condi. et de monstra. l. titi centum. §. 1.  
 no firibunda } argu. ff. qm. et qmibus. l. si optio. Dicit et ibi causam effi-  
 alias no est } cientem electionis esse consensum active in eligente / passive  
 data } in electo. ubi ergo de<sup>est</sup> consensus eligentium: deest naturale

fundament



fundamentum et causa integra efficiens. Ideo tales in dignitate  
sive magistratum nec vite nec recte pot. ingredi nec  
illum possidere. Sic de catholicis regibus nostris quia donec  
populi prefati et reges eorum consensum si ne plica vi aut metu  
prestituerint: vite aut recte jus in regnis illis idest exercitium  
regie potestatis (nisi jus ad rem et solum titulum) non habebunt.

Quod aut consensus predictus sit sui potentius et principa-  
lius (inquam) respectu scilicet institutionis papalis in quantum  
huiusmodi probatur quoniam si populi illicum regibus suis / re-  
gibus nostris vel cuiuscumque alio christiano principi ante dicta  
institutionem se voluntarie subiecisset prout de iure gentium  
et naturali poterat cum sint libere populi et. §. tractum est. l.  
ex hoc iur. ff. de iusti. et iur. et ibi omnes et bal. in c. de quo  
vult deo. extra. de iudi. manifestum est qd summus pontifex tales  
subjectionem non impediret. Probatur hoc. i. quia tunc cessaret  
causa finalis exercendi temporalem iurisdictionem in illos. Et n.

esse sui potius  
eius potestatis  
et principia res  
potestatis institutio  
nis papalis.

finalis causa propter quam christi vicarius se pot. intromittere  
de rebus temporalibus maxime circa illas rationes: fidei predica-  
tio et illarum conversio ad quod cuncta que agenda sunt in  
huiusmodi negocijs ordinari et inferri debent ut in §. con-  
sideratione. §. 7. probatum reliquimus. Et hoc presupposito  
q. ita aq. bene cum alio principe christiano provisum esset  
populis ipsis circa suam conversionem ad fidem: secus aut si non  
esset eque bene provisum. Quod dato bene poterat summus pontifex  
subjectionem illam impedire ratione existentie causa argu. op-  
timum. C. venerabilem. cum notatis extra de electio. C. 2. p. b. z  
quia ubi aliqui disponit de iure suo extranei consensus requiritur  
non est ut in §. moribus sidi feu fue. contro in. do. et agrar. vas  
quod verum est secundum bal. ibi si disponat de iure suo vel in t. p. g.  
quo liberum erat secus si in alterius prejudicium. ut ff. de aqua  
pluvij arcer. l. in concedendo et. l. in diem et. l. recep. ff. communijs  
predi. l. si per fundum. ff. de seruis rustic. predi. et. C. de coactiohe.

sola ca. fidei  
est qua se pot.  
papa intro  
mittere in no  
vo orbe

emp.



emp. l. dudum. Sedisti populi securumq; christiano prin-  
cipe subijciendo: disposuissent de iure suo et per q; sequens  
absq; alicuius preiudicio ergo summus pontifex eiusmodi sub-  
jectionem non impedisset. Cessante ergo causa exercendi  
talem iurisdictionem cessare debuit iurisdictione ipsa. Patet  
q; nra: quia qn causa requiritur tanq; fundamentum iuris-  
dictionis: oportet causam esse et veram et discussam  
esse: alias iudicium est nullum ipso iure ut. §. 9. dixim.  
Dempto. n. fundamento veritatis et per q; nra potestatis.  
Edificium quod constat precipue ex hoc lapide fundamenti  
vertitur in ruinam. No per bal. super rubrica. C. sigs  
aliquem testa prohibue. s. colu. facit. C. cessante de appel.

Cum igitur absq; scientia et licentia pape ante preme-  
moratam institutionem de regibus nostris in vniuersales prin-  
cipes illius orbis: licitum fuerit pplis illis cum suis prin-  
cipibus secui voluissent christianorum principum subijceri  
Vnde dicta papalis institutio per se solam non sufficeret  
sine consensu illorum ut probatum est: ergo ad adi-  
piscendum vite ac recte plenum dominium et iurisdic-  
tionem super illos potentius et principalius ius est eorum consen-

existete papa  
li in pibito de ffia  
ete no consensu  
populorum de  
ficat p  
patis

sus ergo habentes reges nostri solam papalem institutionem:  
et carentes consensu et voluntaria eiusdem institutionis accep-  
tatione illorum populorum: deest sibi ius quode principalius  
q; nra. l. patet: quia qn aliqua duo sic se habent ad aliquem  
actum explicandum q; vno existente sine alio: ille actus ex-  
plicari pot et non e conuerso: Illud est potentius et principa-  
lius. Vel sic s; p; m. 3. topicorum. Vbi contingit vnum  
sine altero esse: Illud simp; est principalius. Imo et melius  
ut sic. Patet hec regula. In ante regali que pot esse sine au-

curabat



toritate proconsulis: est principalior illaque non potest  
 stare sine regali. c. Que contra. 7. dist. et. 11. q. 3. c.  
 Julianus. C. 3. probatur qd sit potentius et principalius  
 sensus populorum et regum ipsorum qd papalis institutio  
 de regibus nostris inqum huiusmodi. Et hoc per textum  
 satis congruum in l. et si non sint. S. veniamus. ff. de  
 auro argentoqz lega vbi dicit. tex. qd semper cum q  
 damus qd cui cedat illud expectamus quod cuius rei ori  
 unde causa adhibet: ut acceptio cedat principali. vbi  
 in fine subdit: qm hec spectamus que res cuius rei ori unde  
 causa fit adhibita: non querit preciorum hec ibi. **U**terq  
 cum conuersio illarum gentium et populorum et utilitas  
 etiam eorum temporalis fuerint causa finalis vt orietur  
 institutio vel promotio aut donatio siue concessio vel quocunqz  
 alio nomine censeatur vt in: S. 7. probatum est: et sine conse  
 su eorumdem ius in regnis illis id est ~~et sine consensu~~ ex  
 exercitum regie potestatis non requiratur vt ex prelibatis  
 apparet ergo consensus illorum est ius et causa efficiens prin  
 cipatus regum nostrorum principalis seu principalior. Et  
 cum tale ius usqz modo prefate institutioni de fuerit papali. q.  
 Solum titulum et ius ad illa regna: non aut in regnis illis  
 id est nullam exercendi iurisdictionem aut gerendi se prop  
 cipibus summis illius orbis hactenus reges nostri habuerunt  
 iuridicam auctoritatem vel potestatem. Nec deinceps ha  
 bere poterunt: qd diu populi et habitatores cum regibus  
 suis prefati orbis consensum liberum non prestabunt.

no habet ius  
 excedi iuris  
 dictione neqz  
 habebit q usqz  
 populi et reges  
 prestent libere  
 consensum

**C** 2. principale pbat qcto. per exemplum Saulis et  
 Davidis primorum regum regni Israel quiratione naturali  
 et motu ac inspiratione diuina tunc in operibus et actibus  
 suis dirigebantur: et tamen non sunt ausi qd diu populi  
 consensum non habuerunt licet habuissent institutionem seu  
 electionem



electionem Dei: et certi essent instituti a deo et electi populi  
illius reges, se intrinsece de exercenda iurisdictio ne in populo  
illo aut se gerere pro regibus intelligentes se tantum modo  
sus habere ad regnum: non autem Jus in regno ut supra. §. 18  
ea. §. 19. evidenter monstratum est. Patet igitur. 3a con-

reges dū sit a se  
populi et reges  
rex hispanie  
solus habet ti-  
tulus acquiritur  
nullus habet  
Jus ac qritus

clusio scilicet qm catholici reges nostri qz diu populi  
illius orbis indiazum cum regibus suis non consenserunt libere  
prefate institutioni papali de eis facte eamqz ratam habue-  
runt et possessionem eis tractant: tantum modo titulum  
id est causam acquirendi supremi principatus prefati  
orbis et Jus ad regna et superioritatem seu dominium un-  
versale eorum quod ex titulo oritur: non autem Jus in eis sint.

§. 30.

Reges nostri catholici hispaniarum principatus  
summum orbis illius indiazum dominium et iurisdictio-  
nem supremam et omnia illaque ad summos princi-  
pes de iure spectant: Habent in habitu licet non plene in  
habitu purificato.

Probatur correlarium quoniam habere dominium aut  
iurisdictionem siue potestatem in habitu quis de qn aliqd  
sibi de esse noscitur per cuius carentiam ab actuali po-  
testatis, Dominiij vel iurisdictiois exercitio prepeditur.  
Quod multipliciter pot contingere. Aut in delegato cum  
per generalem clausulam positam in rescripto sine ex-  
pressionem rerum et personarum iurisdictio in habitu  
et non in actu committitur. Post expressionem vero

pers. n



personarum et reze h3 ed: i actu. ut in c. pastoralis. §. qm  
 aut de rescrip. ¶ Aut in quolibet electo ante confirmatio  
 nem. Nam per electionem confertur electo titulus prelatu  
 re et habitus potestatis ad ministrande per confirmatio  
 nem aut solum exercitum confertur. Cap. Quanto et quibus  
 notantur. 63. dist. Notat et glosa fi. et per docto. in c. si  
 per confirmationem de elec. libro. 6. ¶ Item prelati ecclesie  
 collegiate non habet et presenti collegium. Habet. n. ha  
 bitu et potentia iurisdictionem. qd si hodie aliqui absu  
 merentur ad collegium. qd primus prelati posset eam  
 exerceere: quam prius non habebat in actu eo qd de erat sibi  
 subjectum circa quod exerceatur iurisdictione. ¶ Et simile pa  
 tet in presbytero parochiali parochiam habente distin  
 ctam in qua habitus nemo. habet namqz talis rector  
 curam in habitu et non in actu de quibus vide quod no. Panor.  
 m. d. §. qm aut et in c. de multa de preberf. quem etiam  
 Videas in clem. 1. de privil. ¶ Claret et per iurisdictiones  
 in potestate vel iudice anteqz intret territorium sibi de  
 putatum ut in l. obsequare. ff. de offi. procons. Unde  
 iurisdictione in habitu est per potentiam in actu per exer  
 citium ut no. bal. de allodis. libro feudo. et. C. de summa  
 irrita. l. 1. 2. colu. mfi. baldus et. ff. de offi. prese. vrb. l.  
 1. §. 1. et per Balho. ff. de iur. om. judi. ¶ Habere autem  
 quemqz iurisdictionem non plene in habitu dicitur qn  
 cumqz alicui non competit pure in habitu de presenti.  
 Sed venit purificanda ex actu de futuro: quemadmodum  
 Videre est in archiepiscopo cui iurisdictione non dum etiam  
 in habitu competit ante interpositam appellationem.  
 Unde non pot archiepiscopus deputare officialem in decisione  
 sui

prelectio  
 ne h3 qm  
 ius in habi  
 tu sup confe  
 matione in  
 habitu

panor



sui suffraganei super appellationibus interponendis ad  
eum. cuius ratio est quia ante appellationem interfecta  
ad huc non habet iurisdictionem et in habitu: sed postquam  
appellatum fuerit. Tunc illico purificatur et presenti et  
competit ei iurisdictionis plene in habitu ut est tex. notabi  
in c. Romana de offi. ordi. lib. 6. et c. Romana de appell.  
eo libro cum utrobique no. per hoc. et utraq; iurisdictionis  
in habitu modis predictis: sic se habet circa exercitium et  
commissionem. Nam prima que pure competit alicui  
in habitu de presenti scilicet eam potest committere quibus sci  
licet ad id quod habet id est habitus iurisdictionis: ut quia po  
testas potest existens extra territorium sue iurisdictionis  
causam delegare subdito existenti in territorio. ut in l. obser  
vare. ff. de offi. p. consul. et no. per glo. et doct. in c. noui  
de offi. lega. exercitium vero actus iurisdictionales: nec exer  
cere valet nec committere ut in d. l. observare et. §. qm  
aut et ibi glo. et doc. et glo. si. in c. Si in c. extenore et glo.  
in c. ex suscepto de for. compe. et Joannes monachus in c.  
si confirmationem. de elec. lib. 6. et in d. Romana de offi.  
ordina. d. c. Romana. §. 1. de offi. ordi. lib. 6. Et Secunda  
vero competens alicui non pure in habitu de presenti  
sed ex actu futuro purificanda committi seu subdelegari non  
potest ut in d. c. Romana. et no. Panor. in d. §. qm aut.  
et Anto. debut. in d. §. qm aut et pulchre per domi  
de zota. in decisio. 746. et deci. 156. in antiquis. et ratio  
est quia quod non est committi non potest ut. l. 1. q. 7. c. Daibertus.  
et d. qm et de eo quod est iudicium accipi non potest. ff. de iudi.  
non potest. et de rescrip. c. ad hec. Et quod per me non possis.  
nec per alios valeo exercere. de regu. jur. quod alicui libro. 6.  
ff. de admi. re. deciui. parti. l. 2. Potest tamen exercere  
actum aliquem circa iurisdictionis preparatoria ut no. in d.

obs



obseruare. et in. d. c. Romana. et per glo. et. panor. in. d. §.  
 qm̄ autē ~~et~~ et in. d. c. Nouit et in alijs locis. Et talis  
 est iurisdictio quam summus pontifex christi vicarius q̄  
 tum ad infideles. Les. qui nondum fidem susceperunt habet. Qui  
 ad hoc q̄ plene illam habeat in habitu: oportet q̄ per sus  
 ceptionem fidei aut per aliquam offensam quam ecclesie fa  
 ciant et sic ex actu futuro purificatur. Manifestus enim est  
 q̄ summus pontifex de temporalibus non se inmittit nisi inter  
 xpianos et cum causa, et solum intra ecclesiam habet iurisdic  
 tionem plene in habitu: et sic proximiorē exercitio siue  
 ut reeducatur ad actum. Quantum vero ad infideles quoniam  
 conuersio eorum vel culpa specialis est futura que est actus quo  
 iurisdictio est purificanda id est perficienda: ideo in presen  
3. ratio. Et Tum. 5. quia nullus rex aut populus filius illius orbis cognouerunt Reges hispaniarum in dominos aut superiores principes. Et Tum. 6. quia possessiones nec illius orbis nec alicuius illius partis cum tamen veri domini et proprietarii essent nunquam uoluntarie tradiderunt. Sed uolenter et contra ordinem iuris naturalis et diuini ea spoliati fuerunt. Et Tum. 7. quia regna et prouintias que consueuerant regi per suos naturales reges et principes et sub naturali eorum domino erant id est de iure gentium: contra uoluntatem regum et dominorum naturalium eorum occupauerunt et hispani usurpauerunt quod proprie tyrannorum est quia usurpata
- diuina



dominia appollantur tyrarides ergo nulla omnia de iure  
permiserunt. Ut patet per notata in l. de cernimus. C.  
de sacro san. eccle. et supra omnia late probata existunt.

Tum 2. de iure: quia omnia que a principio de tectio  
nis illius orbis usq; ad huc hispani patrauerunt in  
illo: et gentes ille sustituerunt ab eis semper fuit incutien  
do eis terribilem timorem inconstantissimos viros  
cadentem ut ex q; plurimis dictis apparet et est notissi  
mum ergo omnia nullius momenti fuerunt. Omnium

8. ratio.

predictorum nullitatis ratio est quia carent fundamento  
potatis et iurisdictionis etiam si reges et mundi potentes  
sint in suis regnis habentes omnimodam potestatem: qz  
in malis et in iustis actibus redducuntur ad statum perso  
ne priuate vt. l. 3. de offi. presid. et in regula ea que.

Cum ibi no. de regul. iur. lib. 6. iurisdicatio. n. est substan  
tia et fundamentum omnium que Rex vel rector aut qui  
libet iudex in tota republica facit. que debet precedere  
officium ius dicentis. nam prius nascitur qz exerceatur  
ad actum. vt patet. C. qui pro sua iuris. l. 1. et no. in l. instar.

iurisdicatio  
et fundamentum.

C. de iur. fis. lib. 10. g. vbi non est iurisdicatio vel cuius iuris  
dictio pp in iustitiam quam facit abutens iurisdictione suspensa  
est gesta viribus non subsistunt: quia priuatus est D. l. 3. ff.  
de offi. presi. Cum igitur Nuncij regum nostrorum nullas  
habuerint iurisdictionem quam si habuissent suspensa esset  
pp horrenda eorum opera: sed fuerint persone priuate et vere  
tyranni existerent atq; propriissimi predones quis audebit  
dubitare gesta per eos omnia quecumq; sint fore: nulla et  
nullius roboris aut momenti. Est namq; nullitas si in  
concreto capiatur viciu seu defectus rei geste obligis tras  
pressionem proueniens. Sciant sumatur vt in abstracto et  
in facultate agendi iurisq; re medio et legali subiecto: sic des  
cribitur



cribitur (Secundum Sebastianum Vartium in suo tracta-  
tu de nullitatibus) et ius et commune auxilium ad irritandum  
seu irritum nuntiandum actum de quo queritur compe-  
tens. Et post positionem legis insuerexit cognitio et re-  
medium nullitatis. Nam lex frustra fuisset posita si contra  
eius transgressores ac infavorem publici iuris et oppresso-  
rum aliquod salubre remedium non adinvenisset. Po-  
tuisset namque unusquisque in auditus: ac nulla preceden-  
te causa et cognitione et per non iudicem rebus ac pro-  
prio patrimonio privari et spoliari contra naturales  
iustitiam ac propriam substantiam legis scilicet ea que po-  
suit Innocentius in c. que in ecclesiarum de consti. Et taliter  
privatus et spoliatus quasi nudus et inermis sine auxilio  
et legis ad miraculo remansisset. Per hoc igitur remedium  
Vocabuntur / audientur / et defensabuntur non vocati /  
non auditi / non defensati merita causarum discutientur.  
Omnisque dolus fraus et machinatio excludetur: et tuta  
remanebit inter improbos Innocentia. Et propterea  
non in merito lex vocat remedium istud auxilium com-  
mune et meras esse defensionem scilicet doctorum. Et igitur  
nullitas iuris remedium legum tutamen / perca teme-  
rariorum auxilium commune et vera defensio oppre-  
ssorum et ob publicam causam introductum. Et cum nulli  
potestatem dederit deus hominibus et regibus vel princi-  
pibus quatenus dignitate resurgant facienda iniustitias  
et iniquitatem ad pernitium vel damnum aut pre iu-  
dicium hominum. Ideo contra mala que abutendo po-  
testate sibi a deo tradita presertim principes et magni  
operantur: nullum aliud remedium potest imaginari: nisi  
quod non subsistat nisi quod non subsistat de iure quicquid in-  
iustum et contra ius naturale vel divinum fecerint. Ut notabi-  
liter

quod ius naturale  
factum non sub-  
sistit /  
prepositus:



liter dicit Prepositus m.c. si Dominus 11. q. 3. ubi inquit.  
 Quod si iniquitas et iustitia quam facit princeps suppre  
 mus de pendet à talia iure quo princeps astringitur pu  
 ta à iure gentium vel naturali seu diuino: et tunc qz  
 papa, imperator vel quilibet alius princeps: illud non  
 pot tollere: tunc si tale peccatum est et notorium vel  
 clarum et euidentis et maxime si est grave: non est obe  
 diendum. vt. d. c. si Dominus. et. c. Non. cl. 2. ca. conu.  
 et. q. et. c. julianus et no. per hostien. m.c. propo  
 suit de concessi: preben. et ratio est quia scia, non potest  
 illud ius tollere quia in hoc nullam habet potatem quo  
 ad hoc priuatus est: Et ideo sibi extra forum suum sic  
 mandanti obedire non debet: presertim in casu quo hoc  
 notorium seu euidentis est vt. ff. de offi. presid. l. 3. et. ff.  
 de iuris. om. iudi et est argu. opti. de priuile. c. cum  
 olim. Et maxime quia supponitur ille casus qd est talis:  
 qui per superiorem in modum appellationis vel restomps  
 aut que re le simplicis reparari non pot pro eo quille q  
 gessit talem actum non habet ad quem recurri possit.  
 Et est ratio huius quia dum cessat suffragium iuris possi  
 tiui: ad suffragium iuris gentium seu naturalis recurren  
 dum est. vt patet in indictione bellorum et represaliaz  
 vt patet. ff. de iusti. et iur. l. ex hoc iure et. 23. q. 2. c.  
 Dominus noster. Equitas aut nalis iuris exigit et requi  
 rit qd vnus non ditetur cum iactura aliena. l. nam hoc na  
 ff. de condi. indebi. et inferior per superiorem euidenter  
 indebite non grauetur: neqz opprimatur. ff. de his qui sunt su.  
 vel alie. iur. l. 2. §. dominorum et. c. unde vi. l. 1. Re  
 medium aut iuris gentium seu naturalis est istud qd si non sit  
 superior qui actum in iustum retractare possit: qd sit nullus  
 et

hostie.

dū cessat suffra  
 gium iuris ad  
 suffragium iu  
 ris gentium  
 recurrendū  
 est



et habetur pro non facto. Quod aliud remedium imaginari  
non potest. Et per hoc optime facit. ff. qui ad liber procla.  
non licet. l. 2. In his. n. ex quo non super est aliud re-  
medium licitum est propria auctoritate contra facere: et  
non obedire superiori: quoniam sibi Jus dicere. Hec omnia  
prepositus in forma facit bene sententia. Bal. inde pace  
constantie. C. in nomine christi quam persequimur supra  
S. 9. Exprimuntur autem nullitas his terminis scilicet:  
nullum: irritum: irritum: in utale: nullius roboris aut  
momenti existere: non valere: non tenere: nullus ha-  
bere vires: viribusque non subsistere: non iure: non  
rite vel recte aut male vel per peram et ineffica-  
citer factum: infirmum esse: firmitatem non habere:  
et pro non iudicatum infecto: casu: irritum: nullo et  
non rati haberi et similibus. Cum ergo gentes occi-  
dentales ille in regnis et terris suis propriis absque illius  
alterius gentis vel nationis iniuria viuentes non fuerint vo-  
cato nec audite: Imo sine precedente causa et cognitione  
per hispanos non iudices: non solum rebus et propriis pa-  
trimonijs verum etiam dignitatibus regalibus principa-  
tibus libertate uxoribus / filijs cum bonis omnibus alijs  
etiam vita ipsa cum maximis cruciatibus fuerint pri-  
vati et spoliati nec sit superior hodie in mundo saltem  
de facto ad quem occuratur: et sic maneat miser et  
miserandi nudi privati spoliati inermes / sine auxilio  
et omni modo indefensati ergo nullum remedium  
superest eis nec potest aliud excogitari: nisi (quod in  
rei veritate est) omnia facta circa et contra eos pro in-  
fectis scilicet habeantur. Non quidem quod huiusmodi remedium eis  
proderit aliquid: tum iam occisis et in inferno damnatis  
cum

Quod factum per hispanos  
in novo orbe sunt iura  
irrita et nullus va-  
loris /



cum millia millium deceberint absq[ue] fide et sacramentis.  
 tum vivis et oppressis omni spe redemptionis destitutis  
 tis pp[er] ingluviem auaritie insatiabilem ad implendam  
 Solum hoc remedij et solatij videor arbitari posse aliquo  
 fore habituros: videndo scilicet indie iudicij q[ui]n vocabuntur  
 et audientur omnes et merita cause sue discutietur  
 Sicut ceterorum omnium et omnis dolus et machinatio  
 ratorum et nullitas operum suorum reserabuntur et  
 ad penas eternas per sententiam iusti iudicis destinabuntur  
 Porus aut[em] qui ab eis hic mala passi sunt Innocentia  
 (nisi alias peccata aliunde impediant) per manebit ma  
 nifesta defensa et tuta. Sunt igitur omnia q[ue] per hispanos  
 a principio detectionis illius orbis vsq[ue] ad huc gesta fuerunt  
 nulla deure: ac per q[ui]s Reges n[ost]ri catholici sunt in illo sta  
 tu quo erant q[ui]n litere apostolice Rome conficiebantur /

notandum et  
 timendum.

S. 35.

Corollarium.

Ex dictis et probatis pro verificatione. s. q[ue] clonis patet:  
 dictam papalem derogibus nostris institutiones vel concessio  
 nem a tempore quo hispani n[ost]ri terras illas perperam in  
 gressi sunt ad huc vsq[ue] suspensam esse et impendenti per  
 mansisse: perinde ac si hodie Rome fuerat concessa et ex  
 pedita.

Dicitur aliqua iuris dictio vel facultas, siue potestas esse  
 suspensa vel impendenti aut etiam q[ui] dormit: q[ui]n de est  
 subiectum vel materiam circa quam exercatur aut aliquid  
 addendum sit necessarium. Quod nihil aliud est in re nisi  
 habere illam in habitu. Ut patet per ea que leguntur et no  
 tantur in. c. extenore. per glo. et doctores in. c. licet ex

tunc facultas  
 suspensa e[st] q[ui]nde  
 est subie[ct]um vel  
 materia circa  
 quam exercatur

Suscepto



suscepto. de foro Competen. et in. C. Pastoralis. in fi de  
 rescrip. et per docto. in c. si confirmationem. de electio.  
 lib. 6. et in. c. Romana. de offi. ordi. et in. c. Romana  
 de apolla. eolibro Omitto alios modos quibus iurisdictio  
 alicuius iudicis solet suspensa esse quia incidit in ex  
 communicationem aut suspensionem a Jure vel ab ho  
 minibus: quia non faciunt ad propositum nostrum  
**C** Probatuz corrol<sup>m</sup> .i. quia existens Rome dicta promo  
 tio vel institutio de regibus nostris ad hoc qd suum sorti  
 retur effectum (hoc est ut eius virtute reges nostri rite  
 ac recte actu assumerent illius orbis indiarum prin  
 cipatum et sic iurisdictionis & regie potestatis exerce  
 plenam haberent facultatem) de erat principalibus et  
 necessario addendum vel supplendum scilicet servare illa  
 duodecim que ordo nalis iuris continet ut in .i. Glone  
 ostendimus potissime vnderimam particulam eiusdes  
 Conclomus consensus videlicet liber regum et populorum  
 illarum gentium quo prefatam promotionem approba  
 rent et ratam haberent ac voluntate libera in vtes do  
 minos reges nros suscipere: sine quo impossibile erit Jure  
 principatum illum possidere: pro ut plenissime probatum  
 est: ita ab ingressu hispanoz per totum continuum temp  
 usq ad huc semper de fuit et modo de est illud principa  
 lius et necessario addendum vel supplendum: scilicet illa duo  
 decim: quemadmodum ex qd plurimis relatis & decisibz liquet  
 ergo eiusmodi promotio vel institutio papalis mansit  
 et manet modo suspensa vel impedita. **C** Probatuz corrol  
 .2. quia per totum tempus illud fuerunt quedam iudicialia  
 impedimenta ne dicta papalis promotio vel institutio suoz  
 sortiretur effectum: que impedimenta qd diu duraverint prefata  
 institutio semper dormiet et impendenti atqz suspensa erit.

de fuerunt  
 illa que iure  
 nature servan  
 da sunt.

**C** Primum



Primum impedimentum est: quia pp nrius iniquitates impietates inuisiones tyranicas violentias accessiones ingressumq; omni iure damnatum interas illas et regna aliena quibus tam ingentes clades Jacturas et irreparabilia damna habitatoribus earum sine causa intulimus: et pp continuam duram et atrocissimam seruitutem qua inces santez quotidie macerantur premuntur in qua remedia biliter diminuantur et pereunt: Cui omnes indifferentes magni et parvi reges et subditi addicti sunt: illam scilicet quam repartimientu vel comenda vocauerunt: que reuocatum fere orbem illum populata est: nacti sunt vniuersi incole illi habitatoresq; totius illius orbis ius mouendi bellu publicum aduersus nos tanq; contra publicos hostes teterri mos et totius generis sui deletores et crudeles inimicos. Bellum (inquam) non defensionis modo: verum etiam ultionis: ulciscendo (videlicet) et vindicando iniurias et damna a nobis recepta: occupando bona nostra si que haberemus et personas capiendo: et trucidando: nec non in seruitutem redigendo et cetera omnia que summo principi habendi iustum bellum sicut. Habent. n. iustum mezum mixtum imperium et iurisdictionem omnimodam et iura principis non recognoscentis superiorem. Itaq; eoz principes seu reges tantam habent potestatem in regnis suis: q; tam apud populum christianum imperator vt sup pbati e s. s. et in sequenti bus: et in multis nris tractatibus presertim in de bello Calisqno. Et ad propositum nrum facit notabilis textus in. c. si quis ep; de supple. negli. prela. et ibi glos. in verb. libertati. vbi habetur q; si ep; apaganis vel schismaticis capiatur: factus est eorum seruus. Insti. de iur. perso. s. vlti. et. ff. de capti. et post. lib. l. s. et. ff. de regul. iur. l. seruus. vnde taliter captis christianis

impedimentas ne  
papalis institutio  
sortia effectus.

Et cum de ore  
partim de p  
pulati e totus  
illud orbis

hnt ius mouendi  
bellu habitato  
res nri orbis  
q; hnt panes tanq;  
p nos hostes

q; e bellu iustum  
ex parte iudoz  
q; hnt panos.

hnt iusti me  
z et mixtus  
imperius in cole  
nri orbis



tiam ab illis indianis nationibus vel a quibuscunque in  
 fidelibus uos tum bellum gerentibus ut in casu isto non  
 licet fugere seu recedere a dominis suis infidelibus nec  
 bona eorum furari nec alios christianos captos ab eis  
 eximere: alioquin restituere in foro conscientie tenetur:  
 nisi periculum immineret ipsis capti relinquenti fides  
 secundum hostiensem in summa de peni. et remisi. §. qui  
 bus et qualiter. 12. colu. verb. Quid ergo. Cum igitur  
 bellum fuerant contra nos iustissimum manifestum  
 est iure optimo posse dicte papali pro motiōi vel insti  
 tutiōi resistere atq; de ipsa egerime conqueri quin  
 mo ipm christi vicarium instituentem in iustum et  
 publicum hostem totius generis humani existimabunt  
 quando quidem freti auctoritate institutionis prefate  
 ab ipso emanate his parti ~~et~~ fecerunt eis et tanta  
 et talia mala se ab illis pati vident. §. Dum ista co  
 questio durauerit et bellum ipsum terminetur (quod

bellum q̄ hys  
 panos nō tra  
 bet terminū n̄  
 si trequa vel  
 pace aut satis  
 factiōe inter  
 rumpatur.

tamen ius indicendi contra nos bellum nisi trequa  
 vel pace / aut satisfactione ledentium / siue remissione le  
 sorum voluntaria interrumpatur: terminum non ha  
 bebūt) dicta institutio sus pensa dor miens / et impen  
 denti erit. Aliud impedimentum iuridicum exinde  
 cognoscitur verum esse; quia cum de malis et damis que  
 per ne pharia bella et de oppressiōibus persequitutes  
 eius modi gentibus intulimus: nunq̄ satisfacimus nec  
 spes vlla est apud illas q̄ aliquo futuro tempore satis  
 factiōem faciemus: nec et ipsi voluntarie remittēt.  
 quia non cessamus eos offendere ut statim dicitur ergo

qz sēp durat  
 oppressiō.

per petuo



perpetuo habebunt ius in bello impetendi ergo perpetuo  
 etiam prefata institutio dormiet et impendenti atq; sus-  
 pensa permanebit. Est impedimentum 3<sup>m</sup>. et quidem  
 iure naturali roboratissimum et manifestum: vide-  
 licet: quia vis et iniuria personalis continue ac inces-  
 santur eis (ut predictum est inferitur: cum semper eadem  
 servitute accerrima (scilicet) et partimento vel comen-  
 da detineantur quastam reges et domini naturales  
 magistratus nobiles et ignobiles eorum: q; subditi  
 vniuersi priuentur sua naturali libertate domino iu-  
 ris dictionibus dignitatibus nobilitate iuribus et pri-  
 legijs suis: ac omnes populi subcumbentes rigide et inhu-  
 maniter perpetuo opprimantur. Unde vis seu violentia q;ti  
 die continueq; in eos committitur et semper nascitur est q;  
 infieri et in actu permanenti siue influenti: perquam non  
 solum inferitur vis continua subditis et popularibus: com-  
 pellendo eos per metum obedire tyrannis et dominis violentis  
 ut sunt singuli nostratum: verum etiam legitimis dominis  
 et regibus eorum vis inferitur illis quidem compulsiva:  
 istis aut expulsiva ergo semper ac perpetuo continueq;  
 pot de iure resisti et propulsari. Tum ad propulsanda  
 presentem violentiam seu tyrannidem: tum pro tuenda sua  
 libertate: tum pro recuperanda possessione qua iniuste  
 fuerunt spoliati: tum pro rebus repetendis sibi ablati:  
 tum demum pro vlciscendis iniurijs et offensis sibi factis.  
 Ut satis probatur in c. dominus noster. 23. q. 2. et c.  
 de proba. l. vis eius et c. de sacro san. eccle. l. decernim9.  
 et notabiliter Baldus in l. data opera. C. qui accusare  
 non possu. penul. Colu. et in repeti. l. 1. C. unde vi.  
 Regulariter. n. est q; cuiq; liceat defendere suam possessio-  
 nem quam pacifice possidet: et contra aggressorem et se-  
 deijcere molientem armis se tueri: et longe fortius iurisdic-  
 tiones

Sēp manet in  
 eadē seruitute  
 et sic nō pot  
 habere effectus  
 papalis cōcessio.

Vis et violentia  
 sēp inferi et  
 nunq; cessat.



tionem habens in loco potest ad remouendam omnem  
obstaculum sibi paratum Inuere tam in personas turban-  
tes vel impediētes: q̄q̄ in ostia et muros loci et alia  
impedimenta ita zumpendo vt libere vt re sua vel  
iure suo valeat. Et si deiectus est propria autoritate et  
si priuata persona existat p̄ot recuperare post multos ānos  
presertim vbi superior non est quie ad ministret ius-  
titiam. Quod probatur per cap̄m olim el. i. de resti. spo.  
et ibi. Inno. et docto. et in c. dilecto. de sent. exco. lib. 6.  
et c. significasti et homi. et in multis alijs iuribus. Bal.  
in l. 1. C. vñ. vi. 9. colu. Cum igitur non cōsemus  
illas gentes offendere in tyramide illa omnes detinendo  
(repartimento vel comenda dico) nec restituendo reges  
et nobiles siue regulos suis dominis et dignitatibus  
et alijs iuribus: ceterosq̄ incolas pristinae libertati: qua-  
tenus sic cesset omnis tyramidis: sed potius super adden-  
iniurias in iurijs mala malis gravamina grauamini-  
bus: peiora prioribus et pessima pessimis in dies magis  
ac magis: sequitur q̄ nunq̄ exunt placati qui extant  
nec voluntarie consentient institutioni papali et mi-  
nus remittent res et bona sibi rapta in iurias et damna  
irreparabilia eis illata. Et proinde habitum quem re-

bald.

nūq̄ poterit  
peruenire ad admi-  
nistrandū regū pa-  
pali institutio  
illi noui orbis.

duzq̄ ab his et maxime  
cōsi ad adm̄s.

reges hispanie nō  
possunt ius exerce-  
re in nouo orbe  
neq̄ potestate habent disponendi de regimine q̄.

ges nostri virtute prenominate institutionis papalis  
sunt consequuti: non poterit in sempiternum deuenire  
ad actum: tum ex permanentia ex diuturnitate tyra-  
nidis: tum ex restitutionis et satisfactionis impossibilitate  
Ut de se patet ergo interim prefata institutio suspensa  
et impendenti durabit. Et per consequens catholici  
reges nostri nullam habent potestatem (si fateri ve-  
rum licet) exercendi iurisdictionem aut regie po-  
testatis nec de capiēda possessione aut de dominio  
vel



vel regimine ordinando siue disponendo per totum illum orbem debent vel possunt (salua iustitia) contra voluntatem illarum gentium sollicitari.

## §. 36.

Circa primum impedimentum (scilicet) bellus non nihil considerandum, nequidem consideratione leui occurrat (videlicet) qd cum indigene illius indiani orbis, et quidem vniuersi propter nras iniquitates (vt dixit) et mala, que a nobis innocenter perpeffi sunt iudicandi bellum aduersus nos habeant, non solum defensiuum, et recuperatiuum libertatis: et dominiorum, ac rerum: verum etiam vlciscendi vsq; ad delendum nomen eorum de terra inclusiue: bellus inquam perpetuum) prout in precedenti. §. tactum est, et latissime in quodam tractatu nro cui titulus est de bello

Alisquino: nos vero ad nocendum eis quoquo modo iure omni careamus inde fit consequens necessarium, quod ab salute loquendo hispani contragentes illas per bellum volentes eos interficere, vel de terris suis expellere, non poterant aduersus eas se bello defendere. Poterant tamen fugere, ac meliori modo quo possint absq; damno vel lesione modoq; eos insequentium subtrahere se, ac terram exire, ac relinquere alienam. Primum (scilicet) qd non poterant se defendere patet. i. quia iure nre gentes ille iustum bellus

fouentes contra nos hispanos erant: immo sunt iudices legitimi nri propter nostra: cum reges et domini nales eorum, et populi ipsi habeant omnimodam potestatem, et populi ipsi habeant omnimoda iurisdictionem, no recognoscentes superiorem et supra. §. 5. et. 6. probatum est. Contra iudicem aut proprium, non licet se defendere delinquenti

bellu iustu habet nationes indiane hispanos. no possunt se defendere qd esset iudice agere qd no licet licet possit fugere



delinquenti: sicut fur vel male factor quousvis possit fugere, sine tamen lesione aut domino alterius. Dixit namque s. Thom. 2.2. q. 69. ad 4. quod lex divina naturalis et humana obligat quemquam ad non repugnandum iudici iuste procedenti. Unde peccat mortaliter legitime potestati resistendo ad Roma. 13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, et sibi damnationem acquirit. Et probatur, quoniam regula communis legistarum est in .1.

Vbi offensa liciti  
denegata est de  
fensio

Ut vim ff. de iusti. et iure. quod ubique offensa est de iure permissa et licita: ibi de negata est defensio. Sicut ecclesia ubi est prohibita offensio est permissa, et licita per argumentum ab oppositis. Cum ergo criminiosus offendit aliquem, et iudex iure nature, et gentium immo iure divino sit vindex illius criminis, ad Roma. 13. consequens est quod a iudice volente illum punire, non se possit defendere.

Secundum ff. (scilicet) quod possit fugere talis delinquens probatur, quia secundum s. Thom. cuiuslibet licet agere ad tutelam corporis sui: quicquid ratio naturaliter potuerit,

Malefactor potest  
fugere, sed non potest  
se defendere.

dum tamen sit absque preiudicio alterius. Cum autem malefactor inquiratur ad mortem, si fugiat, ut non inveniatur, vel se occultat: non preiudicat iudici, quia nihil tollit de iure eius, nec offendit etiam cum tenetur ab eo, et fugit non percutiendo eum, non peccat: quia non offendit eum, quia agit animo utendi ea defensione, que nature ei permissa est, cum naturale desiderium insit homini conservare vitam. Quicumque enim agit per naturale inclinationem: si non agit contra aliquam legem non peccat.

Unde semper licita est defensio, quando sine alicuius preiudicio vel offensa fit, vel exercetur: et sic faciendo non resistit potestati. Ut apparet ex dictis ergo potest fugere talis criminiosus absque peccato. Sic est de omnibus hispanis, qui sunt in regionibus illis indorum, quia cum vere



Vere aggressores seu invasores. alienorum regnorum in }  
iusti et proprie tyranni existant et inde contra eos bellum }  
iuste, et naturalis defensionis foveant, et pro inde gerant }  
personam iudicis criminaliter procedentis non licet hispanis }  
ab eis se defendere, pugnando, reperiendo, aut occi }  
dendo seu quoquomodo nocendo illis: sed teneantur melio }  
vi modo, quo possint fugere, aut se abscondere, ut salvet }  
propriam vitam immo a terris indorum omnino recede }  
dere: nisi aliud obstaret, de quo statim dicam. Et hoc ideo }  
ne addeant peccata peccatis, quibus status eorum semper in ma }  
licia fuit deterior: impugnando, sub iurgando, et proorsus }  
Innocentes delendo, et sepe sepius de se optime meritis. q. }  
peccaverunt gravissime quotiens cum lesione aut pre iudicio }  
indorum se defenderunt. Dixi, nisi aliud obstaret: quibus }  
scilicet ad recedere a terra quia in casu aliquo non teneantur }  
(scilicet) propter favorem fidei. Nempe si in aliqua }  
regione iam essent indigenarum aliqui ad deum con }  
versos non teneantur terram illam omnino relinquere: }  
sed teneantur per manere cum periculo etiam proprie }  
vite, propter conservandam fidem in illis defendendo, }  
cum moderamine tamen inculpate tutelae. Patet hoc, }  
quia christianus quilibet, tenetur de necessitate salutis fides }  
christi, quantum in se fuerit defensare, et conservare, scilicet, }  
cum periclitaretur honor divinus, vel utilitas proximi, }  
pro ut. s. Thom. docet. 2. 2. q. 3. ai. 2. et alibi. Et in de }  
cretis: 96. distin. c. nos ad fidem. et c. ubi nam legistis. }  
se d si hispani relinquerent omnino eiusmodi regiones: }  
indubitanter fides, et honor divinus periclitaretur, et de }  
inde utilitas et salus animarum ipsorum indorum periret, }  
quia forte et sine forte ille nationes non essent bene fundate }  
in his, que sunt fidei, et premunia detestatione, atq; in pla }  
cabili odio, que gerunt adversus hispanos: putantes, qd }  
religiosi, seu fidei predicatores complices sunt eorum. }  
indoz, }  
in malis

cy aggressores  
regnoq; alie  
norum  
no licet hispanis  
se defendere qm  
dos expelletes  
eos de terra

bona limitatio.

in q casu nos  
hispanis re  
linquere no  
num orbe in  
fidei fauo  
rem



in malis q̄ ab eis passi sunt, occiderent illos. Unde  
probabile videtur, q̄ fidem receptam contemnant, et  
abijciant, vel paulatim fides in eis totaliter deficiat  
defectu doctrine et exercitij sacramentorum ergo illi  
Citum esset Hispanis, et peccarent mortaliter talem  
regionem deserendo: ad quod al̄ cessante fidei causa,  
de necessitate etiam salutis obligati erant, ut dictum est.  
Nam favor fidei cunctis utilitatibus, et favoribus arte  
fertur, ob quem multa singularia inducta sunt: ut in. c.  
infidei. favorem de here. lib. 6. et. 2. q̄. 7. c. si hereticus. Et q̄  
not. in. c. Magne. de vo similiter utilitas ecclie Dei,  
et salutis animarum. Nulla enim maior ratio, aut  
favorabilior, q̄ que pro religione facit ut in. l. sunt p̄son  
ff. de religio et sumpti. fune. ¶ Nec tamen iste fidei,  
et religionis favor a deo se extendit, q̄ propter conser  
vandam fidem, et ministros eius, atq̄ ne fides pereclite  
tur: possint christiani invadere, aut aggressores per bellus  
fieri regnorum terrarumq̄ gentium, in pace de gentium, et q̄  
nunquam nos infestant, aut malum, vel minimum ali  
quod nobis intulerunt: presertim cum ille potius iustum  
bellum contra nos (ut probatum est gerant) et quidem rabo  
ratum tam multiplici iure, atq̄ plena iustitia. Probata hoc,  
quia non sunt facienda mala: ut eveniant quecumq̄ bona:  
quorum (scilicet) contrarium facientium damnatio iusta est.  
ut docet ap̄lus ad Roma. 3. et 3. q̄. 1. c. nosse. et 32. q̄. 4.  
c. forte. et 33. q̄. 5. c. si dicat. Nunq̄ enim placet deo, ut  
aliquis peccet mortaliter, immo, nec venialiter, propter  
quodcumq̄ bonum, quod inde possit procedere, quantumcuq̄  
ceclat ingloriam Dei. Quinimo valde displicet deo quia deus  
non vult tale lucrum, cum tali damno compensari. d. c.  
si dicat. et. 23. dist. c. q̄ ait. ¶ nullus perducendus est ad  
salutem, opitulante mendacio veniali: quanto minus cum pec  
cato

nō ob fidei favorē  
pōt q̄ bellus mo  
vere q̄ infideles  
paucifere viventes



caus. mortali. ut. 22. q. 2. c. Primum est. et. c. faciat homo.

Et. 23. q. 5. c. cum nemo. Solum igitur favore fidei eius modi hominibus (id est) Hispanis intali necessitate az. constitutis licitum est iure diuino & humano se contra in dco tueri non qualitercunq; sed cum stricto moderamine incul pate tutele, et illud ad hoc duntaxat facere, quod interminis meze naturalis defensionis continetur, ad se ipsos, et episcopos, ac religiosos, seu predicatores fidei, et alios ministros ecclesie conseruandum absq; lesione in iuria, vel damno in dis uoluntarie illatis. Quod atq; extra casum istum utroq; iure prorsus eis esset de negatum: cum vniuerse indiane nationes totius illius orbis, semper ius habeant bellandi, et iustum bellum foueant aduersus nos Hispanos prout ex dictis satis apparet l.

Ex quibus omnibus potest colligi claritas illi veritatis, quam nonnulli vertunt in dubium (scilicet) utrum reges hys panie teneantur relinquerre orbem illum & Hispani ab eo prorsus recedere: quando quidem tam male co vsisut: tum ingressus, et tyranicis invasionibus: tum progressu (id est) iniqua, immo impia gubernatione, et pro parte affirmatiua possunt adduci plures rationes. Sed dicendum, qd non tene tur reges nostri omnino relinquerre prefatum orbem nisi certo modo, nec Hispani ab eo recedere: quin precepto diu no tenentur regna illa reges nostri perpetuo retinere: hyspani quoq; obligantur eodem precepto permanere.

qd non reges modo no tenet relinquerre illum orbem in fidei fauore

msi aliqui sint ita facinorosi, atq; indis nociui, qd per edictum publicum merito debeant perpetuo exilio a terris illis damnari. De regibus et communiter de omnibus hyspanis quidem, quia omnis Christianus patet ratione notadu in fi. communi superius assignata (scilicet) quia omnis xpianus tenetur fidem iuuare defendere, et conseruare. Parti culari etiam ratione quantum ad illos, qui mala intulerunt gentibus illis infra. §. 38. probabitur corrol. 2. de regibus aut



aut nris in particulari manifestum esse obligatos.

peculiaris ratio de  
regibus hispanie  
qz a papa positi  
sunt ad ea argu  
m  
promulgandum  
in novo orbe

Tum quia illius orbis universalis cura imposita fuit  
eis a christi vicario, tum vi necessarie restitutionis,  
et satisfactionis ex eo, qz tot in audita iniusta mala  
per miserunt inferre nationibus Innocentibus in terris  
et domibus proprijs in pace degentibus. Vel quia no  
impedierunt eacum possint, quibus tandem totus ille  
orbis jacet vastatus. Tum propter infinita pondera aurum  
et argenti usqz preciosas, que regibus nostris, et orbe illo  
persuaptuaginta fere annos obuenierunt, in comparabilis  
quidem precij. De hoc iterum inferius aliquid dicam.  
Dixi nisi certo modo pro eo qz re vera Rex hispaniarum  
perpetuo in hispania existens: nullo modo potest orbem  
illum vtiliter gubernare quinqueat inuastationem, ut satis  
evidentia facti cernimus. Cum inter illum, et populos  
illarum gentium, et propter magnitudinem regionum re  
gnorum et prouintiarum tam magna noscatur esse dis  
tantia marium, atqz terrarum, pro utqz plurimis, et  
vigentibus rationibus in quodam nostro opere, de non alie  
randis oppibus a regia corona, nec vendendis publicis offi  
cijs probauimus. Et ideo tenetur Rex n<sup>r</sup>, et qd<sup>o</sup> de  
necessitate salutis relinquere illum orbem hoc modo (scilicet)  
Constituendo in qualibet prouintia, vel regno, aliquem in  
Regem de regio sanguine: qui presens recte gubernationi, et  
vtilitati illorum regnorum, et gentium prospiciat et fidem  
conseruet defendat, et pro viribus exaltet, et ampliet quem  
ad modum decet, ac tenetur Rex vere christianus. Habito  
igitur ex prede terminatis licere aliquibus hispanis ha  
bitare, imo et tenevi ad habitandum et eligendum per  
petuum incolatum in indianis regionibus, in quibus  
(scilicet) iam fuerint de indigenis terris ad fidem con  
uersi aliqui, sine tamen pre iudicio, aut legione illorum  
voluntarie procuratis: consequens est licere quoqz eisdem in  
aliqua terra parte, seu talis prouintie se omnes recipere,  
inqua

qm tenetur rex  
n<sup>r</sup> de nec sa  
lutis relinquere  
illum orbem no  
num.

instituido pro  
rege alium de  
regio sanguine.



in qua indigene minus noscantur gravari, et furtim impi-  
 mis cum aliqua dissimulatione ad furtionem sui, et coloniam  
 siue loca edificare. Et ibidem huiusmodi debent sibi cibum  
 querere, vel proprijs manibus laborando, vel comutatione  
 cum ipsis indigenis: quod erit per facile, si pace oblata,  
 et seruata inuolabiliter bonis operibus et christianis ex-  
 plis, ac nonnullis munusculis ex hispania omni indus-  
 tria studuerint illos placare, animosq; sibi conciliare cog-  
 Quibus quidem integraliter seruatis, indigene quidem  
 talis prouintie paulatim incipient obliuioni tradere  
 multitudinem in iuriarum, quas ab eis receperunt, et  
 boni, ac placati animi esse: atq; proinde licet tacite illas  
 partem terre, in qua se receperunt illis donare: nec non  
 incolatum eorum etiam per potium approbare. Et hec  
 quidem rationabiliter debemus presumere ex eo, qd gentes  
 ille a toto genere naturaliter sunt pacifice, et mansuete boneq;  
 voluntatis nemini (nisi prius receperint) inferentes malus.  
 Unde cum experientia cognouerint hispanos, cum eis paaci-  
 ce et humiliter conuersarij proculdubio non minus eos dili-  
 gent, ac si essent proprios fratres, et patres. hispanis autem  
 deinceps acquiritur ius comunicandi, et acquirendi et fruen-  
 di acquisitis: quecumq; bona temporalia in terra reperiunt  
 Quod ius mi nime acqrisitum eis hactenus fuit in toto illo  
 orbe, pro ut ex dictis, et dicendis claret. Rex vero noster  
 ex tunc potest conserui habere subditos in eius modi prouin-  
 tia, et non ante, quibus potest ea, que habet in habitu dele-  
 gare iuxta ea, que dicentur infra. §. 401.

hec notanda  
 ab illis qui in  
 nouo orbe vo-  
 lunt incolatos

sicut ex plim  
 est ab illis tribus  
 hominibus in  
 terra florida q  
 sine periculo  
 fuerunt  
 castillo, caueda  
 deua, durante mal.  
 donado q el año  
 de 1487 se per  
 dieron en la Florida  
 Companya de  
 donarbaes

§. 37.

EX conclusis, et determinatis per conclusiones eorumq;  
 corzo



corroliaria, cum probationibus suis sequuntur alia prores  
pensione ad dubium supra. §. 5. factum.

Primum corrolium.

Regibus nostris castelle, et legionis dominis nostris non  
licet (salva iustitia) sicut nec alijs regibus de mundo absq[ue]  
licentia, et beneplacito regis Ynga, vel successorum eius et sic  
de alijs regibus illius orbis: se intromittere aut inquirere  
mandare de thesauris que in regnis illis sunt vel alijs rebus  
preciosis aut ea inde tollere.

Probat[ur] corrolium multipliciter. i. quia q[ui]s tum ad ingressu[m]  
in illas regiones sine lic[entia] regum et dominorum natura  
lium seu populorum: non magis licebat regibus nostris  
(salva iustitia) q[ua]m alijs regibus de mundo: cum toto eo  
tempore quo nationes ille cum regibus suis dicte institutio  
ni non consentirent et sponte sua reges nostros in v[er]is do  
minos seu principes non suscepissent: nullum ius ques  
tum haberent immo nec habent n[un]c / sed solum ad rem  
nihil aliud nisi titulum habent: non actum sed habitum  
et ad huc non plene habitum: nullam etiam iuridicam  
sed occupatam possessionem: ut plenissime supra proba  
tum est in multis locis: presertim q[ui]lone 2. per omnes  
illius particulas potissime per v[er]decimam. Et q[ui]lone 3.  
et corroliario sequenti et 5. q[ui]lone cum suis probationib[us]  
ergo non magis licet regibus nostris (salva iustitia) sine lic[entia]  
regis Ynga vel successorum eius se intromittere de in  
quirendis vel tollendis thesauris per iussione[m] aut manda  
tum suum q[ua]m ceteris regibus de mundo. Patet q[ui]a quia  
seclusis institutione papali et alijs qualitatibus que ex illa  
procedunt



procedunt: et q̄ tamen nihil iuuant ad rite et recte  
 principatum illius orbis actu suscipiendum et regie po-  
 testatis exercende: sine his que ad ordinem iuris obserua-  
 dum necessario requiruntur ut in conelone. 2. continet̄:  
 manifestum est de regibus n̄ris eandem rationem esse q̄  
 de ceteris mundi regibus. Et sic non obstat institutio  
 papalis sepe dicta q̄ sup̄. §. 5. obstare. opponebatur. q̄  
 non magis licet regibus n̄ris salva iusticia illa facere et̄.  
 ¶ 2. probatur corol̄ quia si aliquis Rex de mundo  
 vel gens illius ingredi ad scrutandum et tollendum  
 thesauros et res alias preciosas sine regis Ynga et alio-  
 rum regum successorum eius licentia: et fortius si contra  
 eius vel eorum voluntatem contenderent: faceret eis  
 iniuriam et grauiter turbaret eos committens viole-  
 tiam factum vel rapinam ut supra. §. 5. fuit deductus  
 q̄. similiter si reges n̄ri eadem facere conarentur  
 iniuriam irrogarent regi Ynga violentiam factum  
 et rapinam committerent (salua celsitudinis suae re-  
 uerentia) quoniam ipsi catholici reges nostri subiecti  
 sunt legi et rationi naturali et eterne vel diuine: q̄  
 ceteri ut apparet in consideratione 2. q̄. et̄. Neg. n.  
 vicarius christi per dictam institutionem concedit licentiam  
 regibus nostris vel nuncijs eorum totum illum orbem  
 turbandi scandalizandi spoliandi et ponendi illum  
 in odio contra religionem christianam et Christi no-  
 mine implacabili. Ut apparet in 3. et 4. consideratio-  
 nibus ergo reges n̄ri nullo modo (salua iusticia) sicut nec  
 alij reges de mundo possunt mandare ingredi ad scrutan-  
 dum vel requirendum thesauros et̄. ¶ Quirimo et nuncijs  
 et a regibus n̄ris spem missi: valde turbauerunt omnes na-  
 tiones illas licet certe contra regum nostrorum volunta-  
 tem ut dictum est. ¶ Visum. n. c. sup̄. §. 21. q̄ turbat  
 quis

factu et rapina  
 committit q̄ contra  
 vo<sup>te</sup> regum n̄ri  
 orbi aliquid ha-  
 bet q̄.



quis alium per simplicem introitum in sua possessione eo  
in q<sup>o</sup> aliq<sup>o</sup> aliq<sup>o</sup> invito. Illi reuera inuitis omnibus regibus et populis vni  
de turbare  
uersis et ventus turbulentissimus terras et possessiones alie  
nas introerunt. Turbat quis per asportationem fructum.  
Sic nostri turbarunt gentes illas asportando vniuersos fructus  
terrarum illarum nemorum montium fluminum aquarum  
auri / argenti / metallorum ceterorum etc. / prout supra.  
S. 33. in probatione. s. conclusionis apparuit. Quis tur  
bat quis per arationem et seminationem etc. / sic nri tur  
barunt et turbant vsurbando omnes terras illas non suas  
de quibus ad libitum quicquid placet faciunt et disponunt  
Turbat proterea quis per resistantiam: ecce isti turbant  
et turbarunt per bella iniquissima sanguinolenta vni  
uersos habitatores impie trucidando et quos viuos relin  
quunt in seruitutem redigendo. Turbat etiam quis ven  
dendo rem alienam et tradendo emphor. Ecce omnia q<sup>o</sup>  
isti perperam rapuerunt ac si optimo iure possiderent pro  
prietarij q<sup>o</sup> essent vendunt distrahunt donant et quicquid  
volunt faciunt de eis. Turbat in super qui asserit habere  
seruitutem in re aliena. Isti aut non solum asserunt: sed ca  
piunt et vsurpant violenter: nec modo in rebus alienis sed  
ipsas in rebus alienis: sed ipsas innumeras personas veluti  
insignes plagiarj in amarissimam seruitutem redigendo.  
Turbat deniq<sup>o</sup> illegi molestias infert et in iure alieno pres  
tat impedimentum. Sed quis vniq<sup>o</sup> precor molestias tam  
acerbas hominibus intulit et impedimenta prestitit alie  
nis iuribus sicut isti. Et per bella, per captiuitates, per in  
sultus, per orationes, per priuationes dignitatum etiam re  
galium honorum dominorum iuris dictionem et omnium  
progrus bonorum: per violationes vxorum filiarum et per  
immensas alias calamitates nri turbarunt et hodie turbat  
(vt probatum est) et testis est tibi mundus: et consequenter  
efficacissimum impedimentum prebuerunt / regentes ille



uterentur pacifice omni iure quod ad se vel publice vel priuatum  
 pertinebat ut ex dictis est manifestum ergo iniurias irrogave-  
 runt maximus hispani uincij regum nostroz Regi inga  
 et alijs regibus et maxime turbauerunt ingrediendo terras illas  
 siue regna et loca eorum ad scrutandum vel inquirendum  
 thesauros vel alias res preciosas sine illorum lic<sup>ta</sup>: potissime  
 inuitis eisdem violentiam furta et rapinas execrabiles com-  
 mittentes. Et 3<sup>o</sup> probatur corrol<sup>m</sup> Reges nri hispaniaru<sup>m</sup>  
 de necessitate iusti<sup>e</sup> et salutis obligantur vitare omnia q<sup>ue</sup> habita-  
 tores prefatos possunt irritare vel scandalizare turbare, atq<sup>ue</sup> ad  
 recipiendam fidem impedire siue retardare omnemq<sup>ue</sup> inordina-  
 tionem iniustitiam, scandalum vel aliud opus indebitum et non  
 secundum rationem aut contra iuris ordinem factum: qd  
 de se natum sit de fide aut christiana religione infide-  
 libus eius modi simistiam vel prauam opinionem g<sup>er</sup>are.  
 et c<sup>etera</sup>. ut in s<sup>an</sup> consideratione lute fuit probatum. Sed in  
 turbari interras et regna illa et inquirere aut scrutari de  
 thesauris et ceteris preciosis rebus et ea tollere absq<sup>ue</sup> lic<sup>ta</sup>  
 et bene placito regum et dominorum: esset contra iuris  
 ordinem iniustum scandalosum, inordinatum, turba-  
 tium, irritatum, infamatorium fidei catholice, et re-  
 ligionis christiane impeditium ne infideles conuertantur,  
 et generatiuum simistre ac prauae opinionis de christiana  
 fide et c<sup>etera</sup>. Ergo Reges nri de necessitate iusticie et salutis  
 tenentur talia vitare. q<sup>ui</sup> non minus est regibus nris illicitu<sup>m</sup>  
 illa mandare aut procurare q<sup>am</sup> alijs dominatibus de  
 mundo: et sic idem q<sup>od</sup> prius. Et hoc intelligitur etiam gentes  
 et populi eius modi fidem suscepissent et sacramentis ini-  
 tiati essent: dummodo consensum liberum non prestassent  
 tradendo regibus nostris illius orbis summum princi-  
 patum q<sup>ui</sup> ante consensu<sup>m</sup> liberu<sup>m</sup> non illorum nullas reges nri  
 habent intrandi p<sup>ro</sup>se vel per suos in orbem illu<sup>m</sup> potestatem  
 et



Et si gentes ille interrim ad christum suscipiendo  
fidei sacramentum conuertantur. Et hec omnia satis per  
superiora sunt plana. C. 4. Deniqz probatur corrol<sup>m</sup>  
vel probata confirmantur primo quoniam reges nri  
nullum subditum in toto illo orbe de indigenis habent  
voluntarium. C. 2. quia tota eorum potestas est in ha  
bitu immo nondum plene in habitu. C. 3. quia sunt  
in statu illo in quo erant qn Rome apostolice prefate  
institutionis littere ex pediebantur. C. 4. quia institutio  
papalis dormit modo et suspensa est siue impendenti per  
manet. C. 5. quia viciose ac improbe ac proinde nulli  
ter tribuunt hispani regibus nostris possessionem  
illius orbis usurpata. C. 6. demum quia omnia que  
a principio per hispanos per totum illum orbem gesta  
sunt usqz in hodiernum diem inclusine viribus Carueri  
atqz sic remanserunt prorsus inania /

S. 37

Ex precedente corrolazio et illius probatione se  
quitur aliud.

Corrol<sup>m</sup>. 2<sup>m</sup>.

Omne aurum argentum / lapides preciosi v miores mar  
garite / gemme quodcunqz aliud metallorum et queqz res  
alie preciose: que subter terram vel sub aqua siue super his  
partem habuerunt a tempore quo ille orbes fuit detectus  
vs que modo nisi quod incole a primordio prefate detectionis

anteqz



anteq̄ ab hispanis recepissent mala illis vel dono siue gra-  
tis dederunt / aut ratione commutationis facte in aliqui-  
bus locis voluntarie) totum fuit raptum / iniuste usurpa-  
tum et male ablatum et per consequens furtum vel rapi-  
nam commiserunt hispani et obnoxium fuit et modo } oia q̄ extrahū  
est restitutioni. } tur: obnoxium  
restitutioni.

¶ Hic non loquimur de raptis per bella et violentas  
invasiones que vel reges et domini aut private persone ha-  
bebant in bonis quia de his quis poterit dubitare fuisse iniuste  
ac tyrannice ablata et obligata ad restitutionem: nisi sit bestia } q̄ de minerali-  
lis homo. sed intelligimus in hoc corrol<sup>o</sup> de his rebus pre- } bus extrahuntur  
ciosis que in auri et argenti fodinis et de ri aut flu- } vbi durissimus  
minibus industria hispanorum extraherentur. } licet autoritate  
creatione corro-  
boratum

¶ Probat<sup>r</sup> corrol<sup>m</sup> quia omnia illa dominium et dominos  
habebant et modo in multis locis habent proprios videlicet  
reges et principes provinciarum: vel ipsi populi et communi-  
tates: vel aliquę persone particulares in quarum agris vel  
predijs aut solo illa inveniuntur ergo sine licentia princi-  
pis vel magistratus aut ipsius populi vel domini: nulli fuit } valde notandum  
licitum illa inquirere tollere aut asportare. q̄. fuit raptus  
et iniuste. q̄. fuit raptum et iniuste usurpatum et c.

Antecedens patet per ea que in prima consideratione dis-  
putata et probata fuerunt. §. 5. et 6. ubi ostensum  
est totum illum orbem qui est in altissimo mari Oceano  
et regna que continet et omnia que in eis sunt ad nullum  
hominum aut gentium de mundo pertinere nisi ad eius  
modi indianas nationes et reges suos cum omnimoda iu-  
risdictione de iure naturali et gentium confirmatum per  
ius diuinum vetus et nouum ergo illa omnia que corrol<sup>m</sup>  
continet habuerunt et habent proprios dominos.

¶ Consequentia vero 1<sup>a</sup>. probatur. Tum quia nulli licet termi-  
nos



post divisiones  
provinciarum  
non licet trans-  
gredi terminos  
etc/.

nos alienos transgredi ut dicitur proverb. 22. post rerum  
provinciarum divisionem seu distinctionem. Ut. l. ex hoc  
iur. ff. de iusti. et iur. ibi distincta sunt regna. Quia  
ante divisionem provinciarum et regionum erant  
omnia communissima: post divisionem tamen facta  
sunt non tam communia sed publica id est pertinentia  
ad quemlibet populum vel nationem que prius illa occupa-  
vit. Unde non ita sicut ante remanserunt communia  
omnibus nationibus: sed primo ea occupanti nationi et  
membri eiusdem. Ut ex preesse probatur insti. de rerum  
divi. §. fere. ibi. quod. n. ante nullius est: id naturali  
ratione occupanti conceditur. Et. ff. de verbo signi. l.  
inter publica. cum ibi notatis. Et quia nulli licet  
alium turbare aut irrogare iniuriam: multo minus regem  
vel totam unam civitatem aut communitatem. Turbat. n.  
quis et in iniuriam facit (ut in precedenti. §. apparuit)  
per simplicem introitum in fundum alienum aut domum  
sine licentia domini et si aliquid ex inde tollit presertim  
preciosum multo magis ut patet. ff. de serui Rusti. pro.  
l. diuus et. ff. de usu. fruct. lega. l. heres. et. ff. si serui ven-  
dice. l. sicuti. §. Ansto. in quibus legibus prohibetur intrare  
agros vel fundos alienos aut aliquid de eis subtrahere. aut  
facere sine licentia dominorum sed intrando in regnum alie-  
num maxime cum exercitu et inde aliqua potissimum pro  
subtrahere aut facere absque regis vel populi licentia in iniuriam  
facit et turbat ipsum regem et totam regni communitatem ut su-  
pra. §. i. et ex aliis multis supra patet ergo talis illicitum  
facit. Nos tamen aut sine licentia vel regum vel populorum  
imo contra illorum voluntatem violenter rapiendo occi-  
dendo trucidando devastando / cede / incedijs propriis do-  
minos (scilicet gentes illas / reges eorum et omnes populos: spolia



runt dominijs, iuris dictionibus, dignitatibus, terris, ne-  
 moribus, montibus, campis, fluminibus, aquis mari-  
 um mineralibus seu venis auri et argenti et ceteris  
 omnibus que in illis nascebantur et natura progenit ad  
 communem necessitatem, ornatum sufficientiam et utili-  
 tatem boni communis vnius cuiusque regni vel comuni-  
 tatis et solatium indigenarum vt supra. §. 33. improba-  
 tione. §. 9. g. tonis apparuit: et ex eis infinita pondera  
 auri et argenti et margaritarum et gemmarum et alia-  
 rum rerum preciosarum usurparunt et asportarunt  
 §. 9. omne aurum/argentum et queque preciosa et cetera.  
 Que per totum predictum tempus habuerunt nostrates  
 rapta fuerunt et iniuste usurpata et male ablata.  
 Et per gr̃s factum commiserunt rapinam et maximam  
 tyrannidem. Vtraque pars huius sequela supra. §. 3. impro-  
 batione cuiusdam conclusionis et in sequenti apparet clara.  
 Cuius sententia fuit doctissimus magister frater domini-  
 cus de soto. in de iustitia et iure. lib. 5. q. 3. ar. 3. argu. 2.  
 in quadam dubitatione. An liceat cuiuscunque vnius natio-  
 nis ad aliam gressum aurum peregrinari. Apparet. n.  
 id vnicuique eadem ratione licere: scilicet qualapillim  
 litore maris inuenti sunt iure gentium inuenturis:  
 postquam litora iure gentium manserunt communia.  
 Respondet hoc duntaxat iure non esse omnino lici-  
 tum nisi incole ipsi consentiant aut prode-  
 licitis eosdem thesauros haberent. Nam regiones iure  
 gentium diuise sunt. Et ideo licet gentibus illius re-  
 gionis sint res ille communes tamen non possunt ad-  
 uene incolis inuitis easdem res usurpare. Neque. n.  
 Vallent galli hac de causa ad nos penetrare neque nos  
 ad illos ipsis inuitis hec ille. Adde ego anseremissi-  
 mus rex noster philippus patienter sustineret et etiam  
 regnum

} regiones in  
 re gentium  
 sunt diuise



regnum Castelle q<sup>ue</sup> Ricce francie velleiusdem regni  
regni galli venient sine licentia sua penetrando vsq<sup>ue</sup>  
ad argenti fodinas de Guadalcanal vel loco alia et inde  
colligerent argentum vel etiam aurum aut cetera preciosa.

<sup>in</sup>  
argu<sup>nt</sup> sumat<sup>ur</sup> de  
illis q<sup>ui</sup> in terra flori  
da contigerunt /  
vbi s<sup>unt</sup> interfecti.  
800. ho<sup>mines</sup> galli eo  
q<sup>od</sup> in vito reg<sup>is</sup> caste  
lle ibi d<sup>e</sup> voluerunt  
habere in colatur.

Et si de facto intrarent tenerentur nec furti aut rapine  
si violenter. Item facerent iniuriam et turbarent regem  
hispanie Rursus rex hispanie tunc dormiret manu  
super manum credis q<sup>od</sup> non proculdubio /

Ex his oritur aliud corrol<sup>um</sup>.

Corrolarium. 3<sup>m</sup>.

Omnia pars terre campus montes ager nemora flu  
mina in quibus hispani edificauerunt ciuitates villas et  
loco construxerunt edificia et habent fundos / prata / pasqua /  
